












EXCESSIVELY RARE. Editio princeps. Apparently hitherto undescribed and unrecorded. No copy in the Index Catalogue of the Library of the Surgeon General's Office. We cannot trace any copy of this work in the medical catalogues of the last 20 years.

Clementius de Clementini was physician and astronomer in Rome about 1497. Only two other works by him (Prognostica), published in the 15th century, are known.

Rare like all works printed at Rome in these early times.

The greatest part of this interesting book relates to **pharmaceutics**.

Besides, we mention: De complexione, pulsu, generali curatione morborum, malis humoribus putredinae et causis eorum, flobotomia, febre sanguea, de regimine preservandi se a peste, de sirupis, de electuariis pillulis, electuariis solutivis, confectionibus, medicinis opiatis, trociscis pulveribus, unguentis, oleis, etc. The author was a violent antagonist of uroscopy and adherent of astrology and Neo-Platonism.

Right-upper-hand margin of folio 55 gone with loss of a few words, otherwise very fine and sound copy of this rare book, beautifully printed in a fine Roman type. Stamp erased. — *See reproduction above.*

Multa dorte et si vulgaria scribit clementia valde plura / d. Stephani



CLEMENTIA MEDICI/NAE CLEMENTII CLE/MENTINI DE AMERIA. NOVITER IN LVCEM AEDITA ET ACCV/RATISS. IMPRESSA ROMAE



Clementia Medicine Clementii Clementini de Ameria.
Oratio ad Deum.

Omnipotens eterne Deus qui conditor orbis/
Qui cœlum/terramq; regis primordia rerum:
Et quo omnes rectæ procedunt ordine causæ:
Deniq; cunctorum qui es maximus optimus author:
Ad te confugio & supplex tua numina posco:
Vrbs Amerina præcor tranquilla pace fruatur.
Heu quantis oppressa malis: uix illa superstes.
Da meliora Deus: nec paupertate nec armis:
Sit semper felix: nec peste fame uel laboret.
Et concede mihi quæ abs te pater optime posco.
Fac te & me possim rerum quoq; noscere causas.
Spiritus & sanctus uel sit sua gratia mecum.
Teq; colam uenerer/te deniq; semper adorem.
Da ueniam clemensq; Deus miserere præcantis
Suppliciter peccata mihi mortalia parcas.
Me defende malis cunctis damnisq; periclis:
Infernis penis/sæuisq; doloribus egris.
Obsessumq; malis me pluribsis undiq; saluas:
Ne fortuna mihi noceant aduersa: nec astra.
Omne scelus fugiam/uitium/crimenq; repellam.
Virtutes primas complectar quattuor illas
A quibus omne bonum rectum uenit/utile/honestum.
Quin etiam nulli noceam: prosim omnibus illis
Qui ad me confugiunt: & languida corpora sanem.
Fac me felicem: sim mente & corpore sanus.
Contentus uiuam: tibi gratus & omnibus idem.
Me tibi commendo: mihi consule rebus agendis.
Et que uis faciam seruem tua iussa fidelis.
Te duce quicquid agam peragam feliciter oro.
Hoc opus absoluam quod longo tempore serues.
Nec me pœniteat quæ posco. da mihi natos
Si placet & tales: qualem fore me modo uellem.
Morte leui moriar: facias me deniq; sanctum.
Perpetuoq; tuis potiar celestibus aulis.
Per Iesum Christum qui tecum in sæcula regnat.

FINIS.

Ad Lectorem.

Quoniam memoria labilis est: ut memoriter tenerem/ quæ a Veteribus didici & experientia comprobaui ab initio ad scribendum appuli: perinde paulatim acte & recte distinxi/ monumentisq; lrãrum mãdaui precepta/ institutaq; medicinæ & medicamenta/ que magis salubriora mihi uisa fuere: & ad ppriam & cõmunem utilitatẽ laboraui. Hæc enim maxima exhortatio fuit/ que impulit me aggredi qd frequenter ex desperatione ob rei magnitudinẽ deserui: & quis acutiores posteri priorũ soleant doctrinam delere: tñ stulta est clementia/ cum tot ubiq; : occurrã medicis perituræ parcere cartæ. Trudimur sane alter altero: sicut dies die. Et labores mortaliũ psimiles sunt Sisiphi penis/ qui lapidem magnum a radice pcliuis montis maxio semper conatu subducit/ quem tociens/ quotiens ad summum uerticem perducit: Demones statim precipitant: & huic prepetuo labori Sisiphus est damnatus/ sicut plurimi mortales/ uel maxime agricole/ qui uix optatos colligerunt fructus q; pristinos repetũt labores. Rursus que uis bona fortunæ alternis uicibus que alter maximo labore acquisiuit: alter sibi successor in breui facile dissipauit & consumpsit. Sic infiniti fere medici fuere/ qui in scribendo uitam consumpserunt: sed illorũ labores & opera Ypocras/ Galienus/ & Auicenna in breui delerunt. Omnino tamen commendandi sunt/ qui pro uirtute adipiscenda/ & ad communem omnium utilitatem laborant. Vale.

Ad lectorem

P Rudens sane uatustas Medicã artẽ adinuenit quã ingeniosa posteritas sedulo imitata diligẽtius excoluit/ ut sanitatẽ conseruaret/ & amissam recuperaret. Cum igit̃ sanitas ad bñ beateq; uiuẽdũ sit maxime necessaria ad scribendum appuli. Sed imprimis rogo spũmsanctũ inspiret & dirrigat me ad recte & accurate scribendum pcepta medicinæ: & memoret meliora medicamenta que sint a ueteribus inuenta & a recentioribus approbata/ uel que maxime prosint. Amplius omnipotẽti Deo grãs ago de tot tantisq; bñficiis/ que mihi cõtulit: & supliciter ipsum exoro ut concedat mihi mentis & corporis sanitatem/ pacem/ spũssancti gratiam q̃diu uixero: postea in Celum me saluũ perducat. Medicinæ quidem studui & in ea etatem consumpsi ad ppriam & cõmunem utilitatem/ qm̃ non nobis soluz nati sumus sed aliis. Nec quicq̃ acceptius summo Deo esse potest/ q̃ sine alicuius iactura aliis prodesse. Peritus aũt medicus infinitis fere egris sanitatẽ potest & uitã restituere: quibus nihil unq̃ gratius esse potest. Propterea boni medici maxime diliguntur & facile ditantur. Accedit q; homo ad speculandum & agendum natus ẽ: quia ex anima & corpore constat: & proprium illius est speculari & scire & alterius est agere & operari. Medicina autẽ complectitur & docet speculatiuam & practicã.

Preterea medicina diuina res est & ad Deū relata. Nā prisci Apolinē & Esculapiū medicinæ inuentores tanq̄ Deos coluerunt: & fidem catholicam auxere: qui a Iesu xpo & suis apostolis fuere sanati. Verum ꝙ medici medicamentoꝝ ope illis spūs sancti gratia agebant. Sapiens ergo medicus maxima potest beneficia egris cōferre & sicut alter Deus opitulari. presertim benignus & clemēs/ qui gratis & amore pauperibus medetur & exercet pium medendi opus/ non lucrandi/ sed benefaciēdi causa: pluris enim semper facienda est Dei & hominum gratia/ q̄ diuitie. Immo euenit ꝙ quanto plures in gratiam tuam medendo conuertes/ tanto magis lucraberis. Nā qui pluribus medetur/ longe melior medicus habetur & facilius ditatur: haud .n. ingrati sunt omnes: sed unus forte omniū laborū mercedi satisfaciet/ uel plurimū tibi ualere poterit: & si ingratis omnibus seruires/ beneficus & iustus Deus numq̄ tibi deesset/ sed semper tuis necessitatibus oportune prouideret: quoniam nullū bonum inremuneratum/ nec ullum malum impunitum relinquit. Si enim recte consideramus uirtutum & uitiorum equa tandem merita diuina iustitia omnibus retribuet. Itaq̃ tam propitium erga te Deum habebis/ q̄ benignus & clemens eris erga infirmos & eos qui ad te confugiunt. Medicus enim infirmis tamq̄ Deus esse potest. Clementer ergo miserere infirmorum/ ut Deus misereatur tui. Preterea moneo ut assiduo studio potissimum sequaris doctrinam illorum qui in hac arte maxime claruerūt: perinde continua medendi exercitatione & summa adhibita diligentia facile euades peritus. Sed quoniam non omnium possumus habere experientiam neq̃ memoriam: medicus debet esse naturaliter prudens ut sciat que in arte medica tradūtur ꝑ q̄litate tēporis/ loci/ uel corporis ratione omnia moderare & rebus necessariis ꝓuidere. Sed tales medici ex ꝓspero syderum influxu nascunt̄ fortunati & pene diuini habent̄: qui rectum habent iudicium & que corpori uētura sunt ꝓspiciunt/ p̄dicunt/ & medele ad uotum eis succedunt: nec accidit eis incurabilibus morbis mederi neq̃ cū rusticis & ignorātibus uersari qui omnia ppe‑ram agunt & curam p̄uertunt: sed medici solent & debent esse continentes & solitarii quoniā nimia familiaritas populariū conteptū parit: Tanti enim est lrāꝝ sciētia uel maxime phylosophia ꝙ docet fugere uitia & facit uiros bonis moribus p̄ditos & sapiētes qui populos ob eoꝝ uirtutem regūt & gubernāt/ uel saltem ignorantibus preponūtur: plures enim noui qui sub malis syderibus sunt nati uitiosi quos litterarum studia bonos & morigeratos fecit/ sicut pluribus medicis accidit. Nā medicina speculatiua Tauro/ & pratica subiacet Scorpioni utrumq̃ autem signum facit medicos inter se inuidos & maliuolos: nam qui sub Tauro illos qui sub Scorpione: & qui sub Scorpione/ illos qui sub Tauro nascuntur perpetuo odio prosequuntur: quoniam quando oritur Scorpio/ occidit Taurus/ domus Veneris in septima que est domus contrarietatis & inimicitie & in duodecima que est domus inuidie cadit Libra domus altera Veneris contra oriente Tauro occidit Scorpio:

Ad lectorem

& in duodecima est Aries quibus utrisq̧ dominatur Mars : Venus aũt & Mars in uicem contrariantur quia domus eoꝝ opponuntur & faciunt natos libidinosos & lasciuos : qui facile turpibus amoribus implicãtur. Amplius Scorpio est signum falsitatis & malitie : sed qui litteris student maxime philosophiæ/ ab hiis & aliis ui tiis facilius retrahuntur : inuestigant enim ueritatem & bonitatem eorum que uo/ lunt / & sic sciunt quanti sit uirtus & uitium & quod nõ possunt diutius celari sed tandem ueniunt ad lucem : & quanto quis maior est / tanto magis pudet peccasse: taliter ergo Doctores & sapientes se gerunt quales uolunt uideri. Reperiuntur ta men quidam mendici seu merdici qui nonmodo scientiarum / sed sunt litterarum ignari : qui lucrãdi causa & sine pudore per alienas & uarias urbes mẽdicãt & quos possunt decipiunt. Alii nugiuenduli cautius agunt & per solam inspectionem uri ne & cum tribus uel quattuor medicinis quas solũmodo sciunt iactant se omnem corporis egritudinem cognoscere & posse curare : ꝙ si eger grauius laboraret/ fin/ gunt & suadent illas iuuare medicinas que detegunt egritudinem & excitant dolo rem quia agunt contra morbum : & sic nigrum in candida uertunt : aut ceca fortu na & sine ula ratione alia & alia medicamenta experiuntur donec eger moriatur uel fortitudine nature euadat. Sed huiusmodi medici & cuiuscunq̧ ordinis sunt mali omnino tandem reprobantur : & hii sunt qui scientiam & honorem bonorum me dicorum maxime augent : qui uero sunt crapulis & ebrietatibus dediti uel curabi/ li egritudine ualitudinarii seipsos rebrobant qui in alienis morbis profitentur me/ delã & se ipsos curare nõ possunt:sed boni medici non corporis sed animi sui uitiis medentur quando quidem utraq̧ contrariis contraria curentur. Itaq̧ uiri literati & maxime philosophi & medici plerunq̧ sunt regule morum & sapiẽtes & in reb9 agendis primum consulunt illa quattuor genera uirtutum que sapientes & felices homines faciunt & duce prudentia inquirunt & prospiciũt ueritatem uel bonitatẽ rei gerende : & omnem diligentiam adhibent ne quicq̃ preter rectum & laudabile agant :ob fortitudinem uero fiunt magnanimi & constãtes & nil nisi turpia timẽt & aduersam fortunam equo animo tollerant: sed propter temperantiam nihil peni tendum appetunt / uitia cauent & sub iugo rationis omnem cupiditatem & libidi/ nem domant / iustitiam colunt / & iniurias propulsant: & quia fundamentum iu/ stitie est fides : medici debent esse ualde fidi & egrorum saluti integerrime consule/ re & diligere eos sicut uellent ab aliis diligi. Nam amor & caritas in omni re pluri/ mum operatur & tibi conciliat & in gratiam conuertit quoscunq̧ uoles:& medicus qui infirmis magis afficitur & maiori amoris affectu medetur plures sanat & ma/ gis diligitur : quoniam amor est reciprocus. Immo si officia atq̧ merita multos & pene infinitos pariunt amicos : multo plures fortuna. Nam ex officiis & libera/ litate / gratia & laus ab hominibus acquiritur. Amplius facundia facit medicos

gratiores. nam qui sunt affabiles tempore oportuno sciunt confabulare de hiis q̃ unum quemq; delectant: & blandis uerbis consolantur egrum & spem salutis augent & facilius persuadent que prosint infirmis. In primis autem moneo ꝙ qui se tibi fideliter committit recte & diligenter medearis: nulli uenena nec nocuas exhibeas medicinas abortum caueas nec quemq; sinas odio auaritia neglientia uel tua culpa perire ne infelix homicida pari pena uel eterno supplicio puniaris. Cum autem ad egrum uocatus accedis primo diuinis institutionibus moneas & quo benignius potes inducas egrum reconciliandū Deo & petere ueniā suoꝝ delictoꝝ quandoquidem propter peccata interdum ueniant aduersa que premonent ad salutem: exhortare igitur egrum ad confitendum sacerdoti peccata: & equo animo & patienter tolleret aduersam ualitudinem: quoniam iustissimus Deus qui saninitatem uitam & cetera fortune bona nobis mutuauit eadem quādolibet repetere pōt: nam in hunc mundum nudi uenimus & nihil attulimus: iniusti ergo & ingrati essemus nisi uellemus benefactori reddere q̃ nobis comodauit. nihil enim amittere possumus nisi que a benigno Deo gratis accepimus. Si igitur amittimus sanitatem uitam uel alia bona non deberemus conqueri sed reddere gratias optimo Deo pro eo tempore quo nobis ea prestitit. Amplius scias ꝙ ira & impatientia ualde grauiorē facit egritudinem atq; Deum & beniuolos reddit inimicos. Sed qui constanter tollerant mala & diligenter parent preceptis medicine facilius recuperant sanitatem. patientia enim que est fortitudo animi plurimum ualet cōtra aduersam fortunam. Vnde Vergilius. Superanda omnis fortuna ferendo: & alibi: Durate & uosmet rebus seruate secundis. Iuuenalis: Victrix fortune patientia dicimus autem. Hos quoq; felices qui ferre incomoda uite. Nec iactare iugum uita didicere magistra. Ouidius de remedio. Vt corpus redimas ferrum patieris & ignē. Principiis obsta sero medicina paratur. Cum mala pro longas conualuere moras. Opprime dum noua sunt subiti mala semina morbi. Et Apostolus Paulus uirtus in infirmitate perficitur. Libenter ergo tollero infirmitates: ut in me habitet uirtus Christi: & in prouerbiis solitus sum dicere: post aduersa solent contingere prospera nobis: hoc est post tenebras spero lucem. Ad recuperandam igitur sanitatem requiritur patientia/ & obedientia infirmi: necnon diligentia & sollicitudo astantiuꝫ seruientium: sed imprimis peritia medici/ qui sciat recte mederi & prouidere malis accidentibus magis suspectis. Pronostica autem sunt uitanda & dissuadenda illis/ qui maxima curiositate cupiunt scire finem egritudinis: quoniam euentus morborum est incertus sicut bellorum & aliarum rerum & maxime quia medici non possunt scire solertiam astantium/ neq; obedientiam infirmorum. Plurime enim egritudines ab initio sunt salubres/ que postea ex malo regimine fiunt incurabiles uel mortales. Verumtamen medici possunt hac conditione recte respondere ꝙ si eger rite faciet que sibi recte precipiuntur sanabitur secus morietur. Omnino autē morbi alter altero sunt leuiores & grauiores: & periti medici possunt explicare quanti

sit spes uel timor illorum. Sed plerunq; medici grauiorem solent & mortalem fin-gere egritudinem. ut si eger sanetur maiorem honorem & lucrum assequantur & si moriatur minus eis imputet tanquã egritudo fuisset mortalis. Cõtra lõge quidẽ grauius & molestius ferunt: quorum mortem non predixerunt: & maiorem solertiam & curam in medendo adhibent. Committat ergo perito medico infirmum & noli de ancipiti euentu ulterius querere. Et licet in magnis periculis contingat magna fortuna: tamen tutius est subticere q̃ pronosticari: quia iudicium est difficile: & experimentum fallax/ qui uero pauca considerant & facile iudicant plerunq; errant. Noli ergo nimis esse facilis: neq; promtus ad pronosticandũ/ ne ignarus medicus & mendax habearis: Qui uero longa experientia & summa doctrina preditus preuidet cõmoda & incommoda que accidunt corpori que precesserunt/ & que mox uentura sequentur est pene diuinus: & maximam gloriam sibi comparat: & quanto plures in eo confidunt: tanto plures sanat & econtra: Et propterea uitande sunt egritudines longe incurabiles & mortales ne malus medicus habearis. Si uero talibus mederi oporteat ne egri a medicis destituti desperent apud astantes & reliquos requisitus impossibilis cure excusationem prius facias: quos uero curã dos assumis saltem bis in die/ mane & sero/ uel frequentius uisita & diligẽter interroga de regimine sue uite: & que sibi acciderunt & quottidie obserua alterationem infirmi accidentium qualitatem & quantitatem/ que si omnia diligenti inquisitionis ratione fuerint collecta totius egritudinis substantia facile Innotescet & poteris cauere & prouidere remediis opportunis per inuestigationem enim sensibilium deuenimus in notitiam rerum occultarum: omnisq; scientia proficiscitur a sensibus: & que sunt magis nota nobis sunt minus nota nature & econuerso: sed ut facilius modus sciẽdi inotescat ꝑgressum resolutiuũ cõpositiuũ & difinitiuũ explicabimꝰ.



Vbiectum medicine est corpus humanum subsceptiuum sanitatis & egritudinis propriaq; medici consideratio circa sanitatem & egritudinem uersatur & ad eas referuntur proprietates seu qualitates rerum de quibus ars medica tractat. Omne aũt corpus aut ẽ sanũ aut egrũ & quod naturaliter est natum flegmaticum uel melancolicum dicitur sanum & indiget ea parte medicine sanitatis conseruatiua que docet declinare nocitura & uti salubribus:sed eger est pro eo tempore quo totum corpus uel aliqua pars laborat. Scientia autem medicis docet eas:earumq; accidẽtia & causas cognoscere/& opportuna adhibere remedia. Omnis autem scientia quattuor modis secundum quattuor genera questionũ habetur. Primo enim scimus aliquid si est postea quid est deinde propter quid est demum quia est. Prime quidem due interrogationes fiunt de terminis simplicibus & reliqne de compositis. Primo enim inquirimus:utrum febris sit postea quid sit febris in compositis uero querimus quare illud accidens inest suo subiecto. Verbi gratia quare Socrates febricitat & in responsione assignamus cãm & dicimus quia Socrates habet calorem nocuum accensum in corde inflammãtem corpus. sed per quartam questionem que dicitur:quia nos inuenimus effectum proposite cause. Verbi gratia uolumus scire quem effectum producat febris & per debita media cõcludimus ꝙ quia Socrates febricitat habet debiles uires uel operationes naturales lesas. Per primam ergo questionem scimus si febris est & postq̃ scitur hoc insurgit secunda questio & querimus quid sit febris:& per eius diffinitionem habemus ꝙ febris est calor nocuus accensus in corde qui per uenas & arterias diffunditur per totum corpus. Diffinitio autem debet esse notior difinito:& componitur ex genere & differentia & uenatur per diuisionem bimembrem:cuius una pars reprobatur & altera affirmatur. Sed quia non habemus proprias rerum differentias nobis notas circumscribimus ipsas. Verbi causa. Febris aut est calor aut frigus:non frigus nisi per accidens ergo calor. Rursum aut est calor naturalis/aut accidentalis nocuus:non naturalis:ergo nocuus. Item aut primo accenditur in corde:aut in aliis mẽbris:non primo in alis membris:ergo in corde. Vlterius ille calor aut remanet in corde aut expanditur per corpus:non solũ in corde:ergo diffunditur per corpus: & partes que negantur probantur per earum opposita affirmatiua inductiue falsa. Sic ergo colligitˀ diffinitio febris ꝙ est calor nocuus accensus in corde qui per uenas & arterias diffunditur per corpus. Ponitur autem calor pro genere: & relique particule circumscribunt differentiam essentialem ipsius febris. Per tertiam uero questionem nos inquirimus causam:quare febris sit in Socrate & inuenimus nocuum calorem inflammantem corpus qui est causa febris. questiõe enim facta per quare uel propter quid demonstratur causa per effectum:& talis processus dicitur resolutiuus:nam resoluimus effectum in suas causas propinquiores. deinde remotiores/uel demonstramus subiectum fuisse passum ab illis causis. Demonstratio

igitur resolutiua resoluit uel presupponit resolutionem omnium terminorum / & causarum superiorum tam propinquarum q̃ remotarum. Ars uero compositiua explicat terminos effectus uel species/ que sub illo genere continentur/ & demonstrat effectum per causam medium autem uenatur per diuisionem & diffinitiones. Verbi gratia: Febris diuiditur in effimeram humoralem & ethicam effimera quidẽ est febris primo in spiritibus accensa humoralis in humoribus. Sed ethica in mẽbris. Si igitur ipse Socrates habet febrem primo accensam in humoribus patitur febrem humoralem. Febris autem humoralis aut est sanguinea/ colerica/ flegmatica/ uel melancolica: & gignitur ex putredine/ uel inflãmatione ipsorũ. Si igitur Socrates habet febrem humoralẽ ex putredine/ colere uel flegmatis: necesse est ꝙ patiatur febrem colericam uel flegmaticam Quando igitur demonstratur effectus ꝑ causam. Demonstratio est compositiua: & quando demonstratur causa per effectũ est resolutiua: ut dixi & repetere libet: quia medici magis laborant in cognoscendis egritudinibus ad inueniendum causas q̃ effectum: & resoluitur effectus in suas causas/ hoc modo. Humores putrefiunt propter prohibitam transpirationem: & transpiratio/ seu resolutio uaporum prohibetur ab opilationibus/ & opilationes fiunt ex multitudine uel crassitie humorum & a frigore quod corpus excipit calefactum. Mali uero humores/ uel multi gignuntur a malis uel superfluis cibis qui comeduntur propter malum uel intensum apetitum: excitat autem apetitum priuatio ciborum exercitium frigus uel tandem influxus celestis. Quippe res omnes sicut sunt: ita debent intelligi modo res naturales: & omnes scientie a suo subiecto: sicut arbor a suo stipite oriuntur: & in suos ramos & ramorum ramos sic subiecta scientiarum in sua membra diuiduntur. Postquam ergo sic resolueris terminos demonstra per artem resolutiuam causam per effectum in esse subiecto: & fac ut medius terminus sit effectus: & maior extremitas diffinito que explicat causam: & minor extremitas sit subiectum: cui in conclusione maior extremitas inereat. Verbi causa. Effimera est calor nocuus/ qui spiritum dumtaxat inflammat. Plato patitur effimerã: ergo habet spiritus inflammatos. similiter febris putrida est calor nocuus ex minera putredinis ortus. socrates laborat febre putrida. ergo habet febrem ex putredine humorum ortam. Item mali humores putrefiunt propter oppilationes. Eger habet putridos humores. ergo est opilatus. Opilationes uero fiunt ex malis humoribus/ & frigore quod ab estuanti corpore intempestiue excipitur. Plato est opilatus: ergo est repletus malis humoribus: uel calidus frigus admisit. Et sic residua demonstrabis: donec nullus dubitationis locus remaneat. In demonstratione autem compositiua medius terminus est causa/ seu diffinitio que solet esse difficilis. Nam in omni quidem scientia Doctores maxime laborant in uenando diffinitiones. Huiusmodi autem resolutiones/ & demonstrationes sunt in omni scientia necessarie. Immo sunt ipse scientie: & qui sequuntur eas / facilius adi/

sciunt & melius memorie omnia mandat hinc docti excellentes & sapientes uiri resoluti noiantur. Sed demonstratio resolutiua est utilior in scientiis speculatiuis in quibus effectus sunt nobis magis noti q̃ cause & demonstratione cõpositiua utuntur artifices/qui Deum & naturam imitantur:& quod primum intendunt ultimo exequuntur. Verbi causa. Socrates uult facere domum ut commode habetet tutus ab imbribus:& hec est causa finalis que primo obiicitur intellectui:cuius causa necesse est admoueantur omnia cum quibus domus edificatur. Primo igitur architector preparat calcem & arenam & cõficit maltam & una cum lapidibus parietes murat annectit trabes & supponit equidistantes uirgulas & desuper tegulas:& tandẽ habitat eam:& sic ultimo exequitur quod ab initio intendebat. Deus etiam & natura primo componit ex elementis corpus id postea facit animatum deinde rationale atq̃ simili causarum ordine fiunt res omnes. Medici quoq̃ in dandis remediis seruant hunc ordinem compositiuum:& primo remouẽt malos cibos & queq̃ frigida nocitura in febre putrida ex repletione et suadẽt parcos et bonos cibos uel mediocra omnia et temperata deinde digerunt malos humores et digestos euacuant opilationes remouent uires restaurant:et tandem optatam sanitatem inducũt quã primo cupiebant. In demonstrationibus igitur compositiuis demonstratur effectus per causam et medium est diffinitio seu causa et maior extremitas est effectus q in conclusione predicatur de minori extremitate que est suum subiectum ut quando terra diametraliter ponitur inter Solem et Lunam remouet lumen Solis a luna nunc fit huiusmodi interpositio. ergo luna eclipsatur. Item appetitus uindicte accendit sanguinem circa cor. Socrates appetit uindictam:ergo habet sanguinem accensum in corde. Rursus qui appetit uindictam est iratus: Socrates appetit uindictam:ergo est iratus:et licet hec exempla sint philosophica. hiis tamen exemplis discere plura potes. Nemo qdẽ pt esse bonus Medicus quin sit logicus & phisicus Sed quoniam exempla facilius docent faciemus has etiam demostrationes in Medicina. Bonum uite regimen conseruat sanitatem Socrates sanus utitur bono regimine ergo uiuit sanus. Item boni cibi gignunt bonos humores Socrates comedit bonos cibos ergo habet bonos humores. Item digestiua preparant malos humores expulsioni eger sumit digestiua igitur disponet humores ad euacuationem Omne Reubarbarum purgat coleram & Turbit flegma Socrates capit reubarbarum & turbit igitur purgabit utruuq̃ humorem simili modo possunt reliqua demostrari. Vnde physici in medẽdo & omnes artificies utuntur hac arte compositiua Sed Theorica Medicine & omnes scientie speculatiue adiscuntur per doctrinã resolutiuã Datur ergo regressus in Medicina quoniam inquirimus causas egritudinum per uiam resolutiuam & medemur arte compositiua. Sunt igitur quatuor doctrine secundum quatuor genera questionum & prima probatur inductiue qñ nolumus scire de aliquo utrum sit Secunda est difinitiua q̃ habetur per difinitionẽ ubi inquirim9 de aliquo qd sit Tertia est cõpositiua & p inuestigationẽ factã p qa

inuenimus & demonstramus effectum per suam causam. Quarta est resolutiua & ad interrogationem factam propter quid assignamus causam illius effectus. Cause autem & effectus rerum naturalium sunt plurime & longo ordine sicut catena in uicem connexe/que a celo in terram protenduntur. Nam quisq; effectus trahit originem a syderibus & a Deo qui est causa generalissima omnium rerum & per causas subalternas in hec inferiora descendit:& tales subalterne cause una dependet ab altera:sed quia sunt plura genera causarum:ideo eas distinguamus.

¶De Causis.

q Vecunq; sunt ex materia & forma composita habent quattuor genera causarum scilicet formalem/materialem/efficientem/& finalem : quarum due prime sunt intrinsece & postreme extrinsece & cuiuslibet generis:quedam sunt cause propinque & quedam remote:unde in homie causa formalis est anima rationalis & materialis est corpus & utraq; intrinseca:sed extrinseca causa efficiens fuere parentes & finalis est actio & speculatio:homo quippe natus est ad agendũ & speculaudum:hee quidem sunt cause propinque : sed remote causa formalis est anima sensitiua/uel potentia uegetatiua. Causa materialis sunt elemẽta prima. Causa efficiens est influxus celestis:sed finalis remota est ornamentũ & perfectio mundi. Similiter in Socrate febricitante cause remote sunt hee formalis quidem est ipsa febris/seu calor febrilis materialis est corpus:efficiens est malum uite regimẽ & sydus aduersum. Finalis est corruptio seu appetitus insatiabilis materie semper desiderantis nouam formam. Cause uero propinque in febre putrida formalis est febris humoralis in effimera formalis est febris effimera:in ethica similiter est ethica sed in putrida causa materialis est humor putridus:in effimera ẽ spiritus:& in ethica sunt membra totius corporis. Itẽ in putrida cã efficiens propinqua est opilatio. In effimera est ira uel labor. In ethica est consumptio humiditatis seu ea que consumunt humiditatem radicalem. Cause autem finales propinque sunt lesiones operationum proueniẽtium ex humoribus/spiritibus/& membris. Deniq; apud philosophos & secundum ueritatem nihil scitur nisi per hec quattuor genera causarũ. Sed medici considerant cãm primitiuam coniunctam & antecedentem: que quidẽ tria gña ad duo reducuntur.i.ad cãm efficientem & materialẽ:nam causa primitiua est efficiens & cã coniuncta & antecedẽs sunt materiales. Verbi gratia. In febre putrida causa primitiua fuit malum regimẽ uite sed cã coniuncta est humor' putridus & añs est humor qui preparatur ad putredinem. Cã autez formalis que ẽ ipsa egritudo & causa finalis que est lesio operationum naturalium quia utraq; solent eẽ sensibus manifeste. Medici raro laborãt ad cognoscendũ eas:sed necesse est cognoscere cãs propinquiores efficientes & materiales scilicet primitiuas cõiunctas & antecedentes primitiua quidem plerunq; est extrinseca sed cõiuncta & añcedẽs sunt in/

trinsece. Interdum autē causē sunt omnes manifeste sicut in uulnere: qñ uero sunt oculte/ medici inuestigant eas per iterrogationem & noticiam regiminis p omnia signo℞ & accidentium genera: per pulsum/ urinam/ & alia excrementa. Causa uero primitiua non potest sciri per urinā ut rustici & populares credūt: & nugiuéduli medici fingunt qui in oī egritudine uisa urina dicunt cām fuisse calorem frigefactum & repletionem corporis. Et licet hæc non posint ex urina colligi: tñ plerunq3 uerū dicunt: qm̄ cause primitiue solēt accidere ex malo uitæ regimine: uidelicet ex cibo/ uel potu/ motu/ uel quiete/ somno/ uel uigilia/ ex aere/ uel passionibus animi ex inanitione/ uel repletione. Nam qñ hæc fuerit immoderata & ualde excessiua faciunt egrotare: & licet hæc cognoscantur & remoueantur: tñ si imprexerint malam qualitatem non sanabitur eger nisi sciatur causa coniuncta & remediis oportunis medeatur. Sed qm̄ complexio naturalis debilis facile patitur a causis egrotare faciētibus & fortis fortius resistit: ideo de complexionibus prosequemur.

¶De Complexione.

a T hominis complexio melius inotescat altius repetā eā: corpus ferme ex membris: & membra ex elementis componuntur/ elementa autem duʒ ad membra uel aliam rem constituendam concurrunt eo℞ forme substantiales corrumpunt̄ & generantur noua ex omnibus una in compositis enim nō pñt esse plures forme substantiales specie distincte: sed subalterne sicut anima intellectiua & sensitiua: Sed & qualitates prime inuicem agunt & cōmiscentur remittuntur q̄litates elemento℞ secundū excellentiam sui contrarii & remanet qualitas remissa sub eo gradu quo excellebat: & qualitas actiua minoris gradus penitus corrumpitur sicut in pmixtione aque calide & frigide: & in cōpositione Tyriace unguento℞ & alio℞ medicaminum que fiunt ualde contrita & fermentata. In hiis enim nō remanent forme simplicium substantiales: sed aliqua ex parte saluant̄ eorum uirtutes: ex quibus efficitur una qualitas media que sapit omnium naturā seu formā: & licet caliditas & frigiditas non se compatiant̄ adinuicē in eodem subiecto tñ ab humidis partes sicce tam in mixtis ab arte/ q̄ a natura pñt sequestrari: sicut aqua q̄ ex medicinis cum lambelico distilat̄. In medicinis uero male contusis frigiditas opii uel iusquiami: & caliditas castorei uel piperis aliqua ex parte remanent in pulueribus contusis tanq̄ in subiectis distinctis. Sed in medicinis ualde contusis & fermētatis si caliditas & frigiditas simplicium sunt equales neutra remanent: sed fit noua forma substantialis que participat & aliqualiter habet proprietates & simplicium: licet aqua frigida duo℞ graduum remittat aquam calidā quattuor graduū usq3 ad duos: tñ ab equali proportione nec a minori non prouenit actio: sed partes maiores & fortiores agunt in minores. Sed ad rem redeamus in illa qualitate media que resultat ex cōmixtione elemento℞ in mēbris plerunq3 excellit caliditas/ frigidias/

humiditas uel siccitas secundum proprietatem & diuersitatem membrorum & huiusmodi qualitas est similis illi que est in cadauere. Sed in corde hominis uiui oritur calor naturalis quem spūs defert per totū corpus/ & cuius causa potētie anime suas naturales exercent operationes: & huiusmodi calor q̄diu uiuit homo superat omnem frigiditatem. Verumtamen frigiditas membrorū remittit hūc calorem: licet igitur complexiones cerebri & stomaci sint calide/ tamen dicuntur frigide quia eorum frigiditas remittit calorem naturalem: similiter licet humiditas sanguinis superet omnem corporis siccitatem/ tamen siccitas membrorum humiditatem sanguinis remittit. Cōplexio igit̄ hoīs est qualitas proueniēs ex q̄ttuor primis qualitatibus elementorum uel partium que constituunt corpus. Complexio autē tēperata est qualitas unicuiq; membro conueniens & proportionata ad producendū operationes naturales pfectas secūdum rationē etatis: Complexio uero intemperata est qualitas magis calida/ frigida/ humida/ uel sicca q̄ membris cōueniat: que quidem intēperies alterat & diminuit potentias & uirtutes aīe & eius operationes & q̄uis aia & eius potentie nō agant/ quia calide/ frigide/ humide uel sicce ex īnata proprietate/ tamen requirunt cōuenientem complexionē membrorū. Complexio autem corporis colligitur ex cōplexione mēbrorū prncipalium que sunt cor cerebrum/ hepar/ mēbra/ genitalia/ stomacus cistis felis & splen: hec autē mēbra in cōplexione & proprietate assimilant̄ septem planetis quibus subiciūtur: & quando in natiuitate aliquis planeta est infortunatus debilitat & egrotare facit illud membrum tēpore quo significauit: & sicut sol inter sydera: ita cor inter alia mēbra excellit. Cor ergo & spūs qui est pars suttilissima sanguinis est calidus & sicc9 sicut sol & radii eius. Cerebrū nuca & nerui assimilantur Lune que est frigida & humida: tamen nerui declināt ad siccitatem: epar & sanguis est calidus & humidus sicut Iupiter: mēbra genitalia & sperma assimilantur Veneri: stomacus & flegma est frigidum & humidum sicut Saturnus: Cistis felis & colera est calida & sicca sicut Mars Splen & humor melancolicus est frigidus & siccus sicut Mercurius qui cōuertitur in naturam planete cui associatur sicut humor melancolicus magis ex uno humore q̄ alio generatur. Rursus quēadmodū stomacus est mater omnium egritudinū ita Saturnus est pater: sed colera facit hominē audacē iratū uel furentē sicut Mars: & sic de aliis ꝓprietatibus alioꝝ. Cor ergo est membrū primū nobilissimū fons & origo caloris naturalis & quod primū uiuit & ultimo morit̄: quoniā est sedes anime & in corde ex sanguine ab hepate attracto/ generat̄ spūs uitalis qui per totū corpus secū defert calorē naturalem & potētias aīe: cuius una pars ab hepate efficitur spūs naturalis qui habet uirtutē attratiuā expulsiuā distributiuā nutritiuā & reliquas. Altera pars ascendit ad cerebrū & fit spūs aīalis qui habet uirtutē motiuam sensitiuā & intellectiuā. Spiritus uero qui descēdit ad genitalia efficitur gignitiuus Sed qui ad stomacū digerit: in cisti fellis procreat coleram & in splene colligit melancoliam & sic spiritus & potētie aīe exercēt ꝓpriū officiū in his mēbris & influūt aliis: huiusmodi autē calor quem influit spiritus superat omnē mēbroꝝ frigidita/

tatē & humiditas sanguinis superat omnē corporis siccitatē & restaurat humidū radicale. Spūs .n. sine calore naturali & potentie aie nō possunt exercere opationes naturales: calido ergo uiuimus/ & humido nutrimur: sed cōplexio hois nō attenditur penes calorē naturalē neq; humiditatem sanguinis/ sed est qualitas mēbrorū preter illas. Humiditas aūt radicalis ab infantia est plurima & ineunte etate sensim remittitur sicut crescit duricies & siccitas corporis usq; in senectutē. At calor naturalis eb initio est debilis & crescit una cū uiribus corporis usq; ad quetragesimum annū uel circa: postea pedetētim debilitatur usq; in decrepitā etatē: licet igit᷑ aliqs optime cōplexionis / tamen eius etas pueritie/ uel usq; ad uigesimū annū est frigida & humida flegmatica similis hyemi respectu aliarū etatū qm̄ humiditas est plurima & calor naturalis est debilis qui egre digerit & pl9 appetit & multiplicat᷑ flegma. Etas adoloscentie que interiacet uigesimū & quatragesimū annum est calida & humida sanguinea similis ueri in quo terra & arbores pariūt & oīa uirēt & florent post q̄ragesimū annū usq; ad sexagesimū est iuuētus calida & sicca colelica similis estati in qua fructus terre sicut in illa fructus uirtutū colligūtur. Demū succedit senectus frigida & sicca melācolica similis sordido autumno: in quo pluie & uēti sicut in senibus catarri & omnia genera maloꝝ crebrescūt: sed precipue illi sunt maxime tales quoꝝ qualitates mēbroꝝ sunt magis similis cōplexionis. Vt ergo qualitates & cōplexiones totius corporis magis inotescāt/ explicabimus signa & operationes mēbroꝝ principaliū que regūt alia mēbra & que influūt spiritū/ calorē naturalē sanguinē & uirtutes p totū corpus & incipiemus a corde ob eius excellentiā: nam primo uiuit & ultimo moritur: & ideo dicitur sedes aie cuius potentie in totū corpus ferūtur a spiritu qui est sanguis tenuissim9 & sincerus qui gignitur ex optimo sanguine quo nutrit᷑ cor & decurrit p arteriā in sinistra cordis cōcauitate ortā que sicut caudex uel stipes multos ramos p totum corpus expāsos ꝓducit: similiter extendūtur uene quiete ab epate orte que continēt sanguinē sub quibus equidistant arterie que saliūt ratione spūs qui per eas decurrit: spūs aūt est uicarius seu exequutor aie uel instrumentū & qui ad caput ascendit fit aīalis & discurrit p uentriculos cerebri & neruos & prestat sensus & intellectū. Cor ergo tempatū/ quod habet tantū caloris & siccitatis quantū sibi optime cōuenit: facit pectus in qualitatibus & quantitate pulcrū spiritū pulsum & uirtutē fortē resistentē causis egrotare faciētib9 & morti: & decernit bonos mores p̄sertim fortitudinē animi & corporis & magnanimitatem & iustitiā. Cor uero calidius tēperato facit pectus latū/ calidius ad tactū & pilosum a parte sinistra pulsum & anelitū utrūq; maiorē & hominē intrepidū/ audacē/ rapacē/ leuē/ iracundū/ impatientē/ & promptū qui ob ꝓcacē festinationē in rebus agendis se incōsulte precipitat: sed qui sunt calidissimi corde facilius irascuntur furent insaniūt & sunt pectoris magis pilosi. Contra cor frigidū facit hominē timidū patientē pigrū pectus frigidū lene sine pilis angustū pulsum paruū & anelitū rarū: sed pectus angustū frequentius & dificilius q̄ latū anelat. Amplitudoq; pectoris plerūq; cordis calori proportionatur: sed quādoq; cor est frigidū & pect9

emplum ob magnitudinem/uel fortitudinem cerebri. Nam ubi uirtus informati/ua siue gignitiua capitis est fortis & ualida: & materia multa facit magnum cerebrū medullam spinam dorsi costas/pectus & deniq; omnia ab eis orta facit magna. Pectus uero angustū & caput magnum arguit debilitatē uirtutis informatiue & frigiditatē cordis. Cor humidum facit pulsum mollē pectus lene humentem ceu madidum hominē inconstantem & fragilem/credulū qui facili ratiōe a propositis & deliberationibus remouetur contra cor siccius tempato facit pulsum durum/pectus Insipidum hominē macrum constantem & obstinatum. Cor calidius & siccius temperato facit hominem colericū anelitum & pulsum magnū uelocem & frequentem duras arterias: pectus ualde pilosum/insipidū & ad tactum calidius hoīes macilentos agiles/fortes/actiuos/impacientes/imperiosos & superbos. Cor calidum & humidum facit hoīem mitem/iocundum actiuū officiosum qui omnibus seruire studet: & bonis moribus preditus facilis est: sed passionibus animi facile cōmouetur. Hee aūt qualitates mediocres & temperate corporis habitudinē & indolem faciunt speciosam ac robustam ualitudinē. Sed intertiores faciūt hoīes carnosos pingues humoribus plenos qui facile incidūt in febres & apostemata & eoꝝ pulsus & anelitus sunt magni ueloces & frequentes arterie lenes & pectus minus pilosum: Cor frigidum & humidū flegmaticum facit hoīem timidum pusillanimum inertū pigrum patientem & ignauum qui raro & leui amore uel odio afficitur: sed sollicito timore frequenter pulsatur facitq; pulsum & anelitum paruos & raros arterias molles pectus frigidū lene quasi madidum angustū & sine pilis. Cor frigidū & siccuꝫ melancolicum male cōplexiōis est & facit malos & difficiles mores hoīes timidos/suspectos qui facili ratione in desperationem incidunt: & plerunq; sunt inuidi auari stabiles difficiles & obstinati qui uix odio uel amore nisi perpetuo afficiuntur & habent pectus paruū fuscum asperum & sine pilis pulsum & anelitū paruos & arterias duras: sed mores quos naturaliter habemus & in quos sumus magis propēsi magis indicant complexionem naturalē q̄ quos per consuetudinem uel studiū uel per obseruantiam religionis adipiscimus. Calliditas autē cordis non pōt superari a frigiditate aliorum membroꝝ: sed eius siccitas potest remitti ab humiditate hepatis. Secundum corporis membrum est cerebrū: cuius substantia frigida est sed calefit a spū qui uenit a corde & in cerebro efficitur animalis & qui per posteriores neruos decurrens motū & per anteriores quinq; sensus prestat. Amplius cerebrum habet tres uentriculos in cuius sincipiti uel plora est sensus cōis ubi simulacra rerum per sensus aprehensa representantur. In medio uētriculo uel carina fit discursus ad capescendas deliberationes. In occipiti uel puppi est memoria in qua rerum preteritarum simulacra reseruantur. Cerebrum ergo temperate complexionis facit perspicuos & integros sensus ingenium acutum hoīes prudentes & sapientes qui per ueras rationes recte discurrunt reꝝ causas intelligunt preteritoꝝ meminerunt sanam mentem habent & pulcram faciem candido roseoq; splendore nitentem/flauos ca/

pillos ualidas strenuasq; corporis uires: que in neruis site sunt. Cerebrumq; temperatum nō facile patitur a calore neq; a frigore uaporibus ciborum & aliis sibi nocuis: sed fortius eis resistit imperat/digerit & resoluit supfluitates & pauca gignit excrementa. Cerebrum calidū citius producit capillos & facit eos crispos nigros & fortes: sed caput citius caluū magis calidum & rubicundum oculos & genas rubeas. Sed cerebrum nimis calidum facit hoīem ingenio promptum & uigilem attenuat/digerit/resoluit & minuit excrementa cerebri que per nares & aures solēt uel fauces dimitti. Contra cerebrū frigidum hebetat sensus & ingenium: & facit hominez ignauū palidum sonnilentum capillos tardos īter flauos & albos planos exiles: & gignit ob indigestionem multa excremēta & graues catarros & a frigidis facile patitur. Cerebrum siccum facit duram ceruicem: hominē constantē & memorez: sed indocilem qui cum difficultate adiscit & qui sensus habet acutos: capillos fortes/crispos: caput cito caluū & citius canum: cū modicis superfluitatibus: & ualde minuit sonnum. Cerebrū humidum est docile sed obliuiosum sonnilentū sordidū quod procreat multas supfluitates & frequentes catarros qui ottundunt sensus & facit caput crinitum sine canicie & minime caluū. Qui habent cerebrum calidum & siccuz colericum parum dormiunt sunt uigiles memores prompti iracundi: pspicaces habent ingenium uelox & sensus acutos: caput calidū rubicundum quod cito produxit capillos sed paucos longos: & cito fit caluū: gignit modicas & digestas supfluitates: cui remissa frigida conferunt & calida ledunt. Qui hñt cerebrum calidum & humidum sanguineū plurimum dormiunt & sonniant facile patiuntur a cibis uaporosis crapulis solis et lune radiis a rebus ualde calidis & humidis: & a uētis meridionalibus sepe sanguinem narium patiuntur maxime in adolescentia hñt sordidum caput & ex naribus & faucibus excrementa frequenter exuberat. Cerebrum frigidū & siccum melancolicum facit sensus obtusos & ingenium tardū sed profūdum & qui talem habent complexionem semper cogitabundi incedunt uel de reb9 agendis capiendisq; consiliis abstracti semper meditantur & pauca loquuntur: sed aliqui inconsiderate abstracti uultu preferunt quod corde agitant: gestiunt uel manibus annuunt: mouent caput & semetipsis tanq̄ cum aliis loquuntur sunt uigiles memores timidi naturaliter/mesti palidi macilenti cupidi inuidi stabiles & dure ceruicis: sed in pueritia hñt acutiores sensus & perfectiorē intellectum cito canescunt: citius fiunt senes & calui: sed melius sufficit eis sonnus tantūmodo quinq; horarū in senectute q̄ octo horarum quottidie in pueritia. Cerebrum frigidū & humiduz flegmaticum obtundit sensus hebetat ingenium facit hoīes ignauos frigidos timidos inertes sonnilentos patientes qui equo animo oīa sufferunt & non fiunt calui neq; cani: sed producunt multa excrementa indigesta & catarris frequenter laborāt. Preterea caput melius est magnum uerticem uersus rotundum spericum hincinde leuiter compressum: nam caput paruum quodlibet est malum & leues homines facit & imprudentes & mala consilia decernunt sunt iracūdi & sepe insanire uidentur.

nam caput

nã caput paruũ nõ potest habere nisi cerebrũ paruũ quod facile alterat̃/ cito inflamat̃ & parũ resistit causis sibi cõtrariis: sed non omne caput magnũ bonũ est quia uirtus informatiua nisi sit fortis a ꝓsperis sideribus adiuta/ male regulat multitudinẽ materie: frigiditas aũt cerebri contẽperatur a calore cordis & spirituũ: sed eius humiditas ab aliis nõ potest remitti. Hepar temperatũ facit bonũ sanguinem & arguit digestiuã/ distributiuã/ expulsiuã/ & alias uirtutes naturales ualidas & fortes decernit itegrã sanitatẽ & pulchritudinẽ corporis & facit hoĩes ꝓbos/ graues/ ꝑios benignos liberales/ gratos/ iustos/ & officiosos. Hepar calidus tẽperato facit pectus ad tactũ calidꝰ & a dextra pilosum uenas ãplas sanguine plenas urinã rubeã & in iuuẽtute generat plurimã colerã: sed hepar ualde calidũ adurit humores & generat colerã adustã & melãcoliã. Hepar frigidũ generat sanguinẽ crudũ crassum pectus frigidũ ãgustũ sine pilis uenas graciles/ urinã albã/ homines palidos & ualitudinarios qui facili rõe in opilatiões & morbos incidũt diuturnos. Hepar siccũ gignit modicũ sanguinẽ & spissum/ habet uenas graciles & duras/ pectꝰ asperũ siccũ & macilẽtũ. Hepar humidũ gignit plurimũ sanguinẽ & habet uenas ãplas & molles pectus lene & semp quasi sudore madidũ. Hepar calidũ & siccũ generat modicũ sanguinẽ calidũ acutũ colericũ qui tẽporibus estiuis & iuuẽtute adurit̃ & facile in melãcoliã cõuertit̃ & facit colorẽ rubeũ ad fuscũ decliuẽ. Hepar calidũ & humidũ generat plurimũ sanguinẽ/ genas magnas & molles & facit corpꝰ & pẽctꝰ carnosuꝫ & pĩgue lene/ humectãs & mediocriter pilosuꝫ: & si humiditas superat calorẽ crescũt mali humores & facile erũpunt̃. Hepar frigidũ & humidũ generat malũ sãguinẽ crudũ/ flegmaticũ/ aquosũ/ & arguit ḋbilẽ digestiuã/ facit corpꝰ sine pilis/ lene sicut madidũ/ sordidũ/ palidũ & ĩfirmũ q̇d facili rõne ĩcidit in opilatiões & egritudines frigidas/ lõgas. Hepar frigidũ & siccũ generat sanguinẽ melãcolicũ & feculentũ/ uenas glaciles duras: facit corpꝰ aridũ macilẽtũ/ hispidũ sine pilis hoĩes debiles timidos & mestos. Sed plurima humiditas hepatis põt cõtempare siccitatẽ cordis & precordioꝝ & calor cordis põt auger̃ hepatis calorẽ: genitalia & renes nõ ĩmutãt cõplexionẽ corporis nisi abscidant̃ sed ĩfluũt aliquã uim & q̃litatẽ in fetũ quẽ gignũt sicut sydera. Vnde sepe uidemꝰ ꝙ filii aliq̃ ex pte hañt cõplexionẽ & mores parẽtũ & coꝝ morbos hereditãt. Nãq꜄ solet similis filiꝰ eẽ patri. Cõplexio ergo renũ & testiculoꝝ tẽperata facit hõinẽ mediocriter libidinosũ & ꝑcreat pulcrã ꝓlẽ masculos & feminas utrosq꜄ sanos & bonos & tẽperate cõplexiõis ꝓferti si sub ꝓsperis syderibꝰ nascant̃ & facit pubẽ mediocriter pilosũ: sed renes & testiculi calidiores faciũt pubẽ ualde pilosũ & hoĩes magis lasciuos q semp libidinis cupiditate estuãt & putãt medici ꝙ gignãt plures masculos q̃ feminas: sed in hoc potiꝰ credẽdũ ẽ astrologis qui dicũt ꝙ masculi nascũt̃ qñ horoscopꝰ dñs eiꝰ & luna sũt tpe coitꝰ in signis masculinis uel ĩ aspectu planete masculini aut planeta masculinꝰ ĩ ascẽdẽte. Cõtra stelle & signa fiminina faucint feminas: sed falsum est ꝙ astrologi asserunt & maxime Ptolomeus in quinquagesimo primo uerbo centiloquii ꝙ locus Lune in natiuitate est ipse gradus ascendens in circulo hora casus spermatis in matricem & locus Lune

eo tempore est gradus ascendens natiuitatis. Hoc aũt sepius & diligenter obserua-ri & semper falsum inueni. Frequẽs autem coitus impedit digestionẽ: debilitat ui-res/accelerat senectutem & mortem/ & est omnibus noxius maxime senibus dede-cus & pniciosus. Nam plus debilitat spermatis ʒ.ii. dragme due q̃ sanguinis uncie decẽ ℥.x. Qui uero habẽt testiculos frigidos: castitatem facile seruãt/ & habẽt pubẽ parum pilosum/ uel ginũt fetus debiles & ualitudinarios/ & forsitã plures feminas q̃ masculos. Testiculi & renes humidi plurimũ sperma & fluidum sed sicci modi-cum & spissum gignũt. Qui habẽt testiculos & renes calidos & siccos sunt ualde uenerei & amoribus dediti sed parum coire possunt: & post ubi coitum & uolupta tem expleuerunt oderunt & penitet. Sed quia sunt in libidinẽ ꝓni frequenter teti-gine estuãt & in pollutionem quam paulo ante oderũt icidunt citissime pubescũt & ginunt sperma spissum & forsitam plures masculos q̃ feminas. Qui habent re-nes testiculosq; calidos & humidos sunt maxime uenerei & quia semp libidĩe estu ant q̃ facile & frequenter in amoribus implicãtur: pueros & puellas pariter insectã tur & nonmodo agunt: sed promiscue libidinis actus quandoq; patiũtur: hiis mi nus q̃ aliis coitus nocet licet sepissime coeant & plurimũ sperma emittant sunt ual de fecũdi & facile generant & non solum de masculis/ sed de feminis intelligit' que habent etiam omnes testiculos intus. Genitalia frigida & humida serius pubescũt raro coeunt & raro concipiunt/ a frequenti coitu ualde ledũtur/ pudicitiã facile ser-uant/ ginũt sperma tenue aquosum/ debiles fetus & plures feminas. Qui habẽt ge nitalia frigida & sicca/ mittunt modicũ sperma & spissum/ sunt magis steriles & faci le seruãt castitatẽ. Masturbatio autẽ facit pecten & femora magis pilosa & citius ir-suta & concupiscentiã coitus magis accendit. Est autẽ sperma pars sanguinis meli-oris qui in substantiam nutriti conuertitur/ ubi ergo huiusmodi sanguis superat emissio spermatis minus nocet. Sed si ex coitu diuertitur & subtrhaitur membris nutrimentum/ corpus egre nutrit' & debilitatur. Sperma igitur ab omnibus copo ris partibus deciditur & maxime ex medullis & cerebro. Stomacus nisi fuerit sane complexionis totum corpus patitur. Nam cibi male digesti ginunt crudum & in digestum sanguinem & egre nutriunt: & licet alia membra ubi male se habẽt faci-ant corpus egrum tamen non nocent operationibus omnibꝰ naturalibus sicut sto macus eger & propter hoc stomacus infirmus dicitur mater omnium egritudinuʒ Stomacꝰ ergo tẽperatꝰ quo appetit facile digerit & trãsmittit ad hepar liquorẽ albũ quem chilũ appellant bene digestũ & minus ledit' ab his que solẽt stomacis obesse. Stomacꝰ frigidus parũ appetit & egre digerit ꝓcipue cibos duriores & frigidos/ ge nerat uẽtositatẽ/ ructꝰ acetosos/ plurimũ flegma/ & dolores. Stomacꝰ calidꝰ facile di gerit & ĩdiget ãpliori uel freqẽtiori & frigidiori cibo: nã calidos & tenues adurit nõ ructat nec a frigidis patit'. Stomacꝰ siccꝰ satis appetit & magis sitit nõ generat flui das humiditates neq; patit' excremẽtis nauseã queadmodũ stomacꝰ humidꝰ q parꝝ appetit & minꝰ sitit & humiditatẽ ex ore i sõnis fluẽtẽ frquẽter emittit. Stomacꝰ cali dꝰ & humidꝰ recte digerit/ frequẽter expuit/ q̃nq; nauseam patitur & facile uomit.

Stomacus calidus & siccus magis appetit & multo plus semp sitit & citius digerit q̃ alii: leditᷣ a cibis calidis & colerã gignit. Stomacus frigidus & siccus generat humorem melãcolicũ uentositates ructus & sepe doloribus torquetᷣ. Somac9 frigid9 & humid9 est oium pessim9 & mater fere egritudinũ oium & flegmatis lacunar nã cibi in eo egre coquũtur sed semidigesti magna ex parte in aquosam humiditaté & flegma cõuertuntᷣ & generãt uentositeté ructus acetosos/nauseã/uomitũ/& ppetuos dolores & sanguis qui ex eis genaratᷣ est crud9 & p̃bet malũ corpori nutrimentũ inducit opilatiões/egritudines frigidas & lõgas. Cistis fellis cõuertit partes sanguinis calidiores & sicciores in colerã: ubi aũt cistis fellis est téperata gignit colerã naturalé mité & utilé ad cõcomitandũ spũm & sanguiné ad nutriéda mẽbra colerica ad adiuuandã uirtuté expulsiuã & ad excitãdos sensus & intellectũ/sed frigida facit spũm lentũ/sanguiné crassum expulsiuã debilé & sensus hebetes. Cistis humida facit humores fluidos & hoiem leué & mité: sed sicca facit sanguiné parũ fluidũ & hominé cõstanté & uenas duras. Cistis calida facit colerã acutam & hoies audaces. Cistis frigida & humida facit spũm tardũ/obtusum/sanguiné crassum/crudũ expulsiuã/dabilé & lassam: sensus hebetes intellectum ignauum & hoiem pauidũ & uilé. Cistis frigida & sicca facit colerã pigrã & durã hoies pauidos isulsos & ostinatos in suis opinionob9. Cistis calida & humida facit colerã acutã & fuluidã/sensus pspicaces/expulsiuã ualidã & hoies qui cito irascuntᷣ & facile placantᷣ: sed cistis calida & sicca facit spũm sanguiné & egritudines acutas/colericas/furiosas/multa apostemata/expulsiuã forté hoies supbos/audaces/iracũdos & q̃nq̃ furiosos. Splé generat humoré melãcolicũ: qui si fuerit téperate cõplexionis pcreat melãcoliã naturalé in mediocri quãtitate & cõuenienti q̃litate sanã & utilé ad ispissandũ sanguinem ad ossa nutriéda ad fortitudiné animi ad suspicãda pericula/ad meditãdum & memoriã cõseruãdam. Splé calid9 facit sanguiné acutũ & hoiem itrepidũ & subiti igenii. Splé humidus facit sanguiné lublicũ & memoriã labilé & hominé leué. Splé siccus facit sanguiné dupioré uel spissum/memoriã & retétiuã firmã & hoiem cõstãtem. Splé frigidus nõ potest digerere & corrigere fecé sanguinis/ex qua generatur melãcolia q̃propter/sanguis remanet magis turbid9/crassus et feculẽtus et facit hominé timidũ et mestũ. Splé calidus et humidus generat melãcoliã sanguineã acutã et lublicã et facit hoiem incõstãtem/placabilé/hilarem qui nõ cõsiderat pericula et q̃ est docilis sed obliuiosus. Splé calidus et siccus generat melãcoliam ex colera adustã et facit sanguiné acutũ et malũ et hominé subitũ iracũdum et gracilé. Splé frigidus et humid9 gignit melãcoliã flegmaticã idigestã et uiscosam que freq̃ẽter opilationes decernit et facit hoiem timidũ/mestũ/suspitiosum/uilé/ingenio obtusum et ignauũ. Splé frigidus et siccus supra naturalé cõplexioné/facit sanguiné terrestrem spissum fuscũ et genera graué et dificilem melancoliam: facit hominé ualde suspectum et pauidum cogitabundum/memoré/ostinatũ qui odio inuidia uel raro amore ppetuo afficitᷣ. Calidiora aũt corporis mẽbra sũt cor/cistis fellis hepar pulmo caro musculi et cutis: frigidior est stomac9 cerebrũ nuca medulle nerui splen ossa car-

tilagines ligamēta corde pāniculi adeps/pinguedo/renes/testiculi/ & cutis. Renes qdē & mēbra genitalia sunt frigida quia eorꝫ cause qbus subiciūt̄.s. Venus & Scorpi9 sunt feminine & frigide. Mēbra humidiora sunt stomac9/hepar/cerebrū/nucaꝫ medulle/renes/testiculi/māmille/pinguedo/adeps/& reliqua ficciora in actu sunt ossa: sed ī potētia est splē:cistis/fellis/cartilago/ligamēta/corde/pāniculi/arterie/uene/nerui motiui & sensitiui/cor & reliq̄:sed iter humores calidior est spūs colera & sanguis: frigidi9 est flegma melācolia & sperma: sed melācolia est ficcior q̄ colera sicut elemētū terre est ficci9 igne:humidi9 est flegma sāguis sperma & lac. Ex his igitur cōplexio toti9 corporis colligit̄ & potissimū ex illis septē mēbris principalib9 ex quib9 emanāt uirtutes & potētie aīe & generāt̄ humores que nutriūt & regūt se ipsa & alia mēbra. Quippe alii medicine auctores in iis quattuor dūtaxat .s. corde cerebro/hepate/& genitalibus oēm cōplexionis uim posuerūt. Sed nos stomacum cistim fellis & splenē addidim9 que ab aliis & maxime a Galieno pretermissa fuisse miror q̄nquidem hec septem mēbra septē planetis assimi ēcur qbus ꝑ reantur & sicut septē planete ob diuinā ꝓuidētiam motu & lumine regūt hec inferiora:ita septem mēbra ꝑdicta aliis eiusdē corporis dominātur. Verū sicut Saturn9 & Mars sūt īfortune & mali planete:ita stomac9 uel flegma cistis fellis uel colera solēt esse causa egritudinū. Splē aūt uel melācolia flegmatica uel colerica est grauis & ꝑniciosa sicut Mercuri9 est malus Sarturno uel Marti cōiunctus & cū aliis est ꝑiper & bon9 sicut melācolia que nō est cruda neqꝫ adusta ꝓprietates aūt predictoꝝ mēbrorū & stellaꝝ in his uersibus sumus cōplexi. Cor uiuit: cerebrū sapit:at fel cōmouit irā. Splēqꝫ facit mestos: cogit amare iecur. Digerit atqꝫ facit sanos uel stomacus egros. Luxuriā & fetū membra pudenda creāt. Sol & cor dat uitā: Mars fel concitat iram. Ingeniū cerebrū: Luna sapitqꝫ facit. Splēqꝫ bilē gignit mestos Mercuri9 atram. Sanguis amat gratos: stella Iouisqꝫ facit. Et Saturnus edax mala gignit stomacus eger. Membra pudēda creāt: luxuriāqꝫ Venus. Corpus nēpe nostrū celo & mūdo sicut effectus cause assimilat̄ & idcirco hō: paruus mūdus apellat̄. Nam sicut stomacus recipit & cōcoquit primū nutrimēta: sic Saturnus est altior planetis & aduersatur soli & Lune: sicut cerebrū a uaporibus stomachi & cor a flegmate patit̄. Proxim9 saturno est Iupiter: sicut hepar stomaco/nam liquor alb9 qui fluit a stomaco post digestionem ciboꝝ efficitur in hepate sanguis & sicut stella Iouis est benigna & interiacet duos malos planetas & opponitur Mercurio sic sanguis est benignus & potest a colera & a flegmate infici & in suis qualitatibus prorsus opponitur humori melancolico atqꝫ splen a sinistra & hepar a destra seponitur. Inde succedit mars qui est inter Iouem & solem cōstitutus & opponitur Veneri sicut colera generat̄ post sanguinē quem accuit & accēdit animos: & sicut odium & ira opponit̄ amori turpesqꝫ amores plerūqꝫ pulsant̄ infamia & semper malū exitum habent. Sol interiacet Venerē & Martē: nam ex sanguine post sequestrationē flegmatis & colere generat̄ spūs in corde & cor odio uel amore semp afficit̄ & uersat̄ iter spem & timorem gaudiū & dolorem/ bonū: & malū. Rursus sol significat dn̄os & reges & ꝓpterea

crudelitatis uel libidinis freque̅ter plectu̅tur infamia. Mercurius au̅t paꝝ recedit a sole sed semp ipsum co̅comitat᷑:sicut cor a solicitis curis semp urget᷑. Venus est inter solé & mercuriu̅ locata queádmodu̅ amor sequit᷑ res pulchras & semp curis solicitat᷑. Sed mercurius posit9 est inter Venere̅ & Luna̅ sicut cure res sequu̅tur amatas & p̄cedunt res age̅das. Rursus mercuri9 bonis planetis illustratus/bonus est/ malis uero/malus:ita mela̅colia bonis humorib9 genita/bona̅ ualitudine̅ longa̅ uita̅ ingeniu̅ & sapientia̅ p̄stat. Sed mela̅colia flegmatica uel adusta aduersa oi̅a decernit Luna au̅t est co̅tigua orbi Mercurii que significat cerebru̅ sensus & uires:sed intellectus & spiritus que̅ significat mercuri9 no̅ discurrit nisi per ea que cadu̅t sub sensibus & i̅geniu̅ adiuuat uires. Ite̅ oculi i̅ corpore sunt sicut sol & luna i̅ mu̅do. Amplius caro est sicut terra/ossa sicut lapides/humores sicut aqua/uessica sicut lacus/uene ut fluuii & riui/emine̅tie corporis ut mo̅tes/flux9 ue̅tris ut ꝓcele aquaꝝ/anelit9 sicut aer & ue̅tositates corporis ut ue̅ti/sternutatio ut terremot9/spu̅s sicut ignis/& pili ut arbores: quin e̅t ex septe̅ me̅bris nobiliorib9 fluu̅t spu̅s & uirtutes ai̅e que regu̅t alia corporis me̅bra/sicut i̅fluxus celestes hec i̅feriora & Deus i̅ mu̅do est sicut ai̅a in corpore que liberu̅ arbitriu̅ habet:& ho̅ in rebus age̅dis deberet imitari i̅trinsecas ai̅e sue pote̅tias que nihil p̄ter rectu̅ & iustu̅ cupiu̅t aut faciu̅t: primu̅ .n. optima natura ea ta̅tummo̅ appetit q̄bus i̅diget & salubria i̅ parca qua̅titate eam sane co̅seruа̅t:quodlibet.n. me̅bru̅ ꝓ nutrime̅to no̅ attrahit nisi quod sibi co̅uenit sicut caro q̄ no̅ admittit nisi sanguine̅ te̅peratu̅:ossa mela̅colicu̅ hepar ginit sanguine̅ splen mela̅colia̅ uessica recipit urina̅ & sic de aliis. Ite̅ expulsiua tra̅smitit humores & extreme̅ta ad d̄bita loca secu̅du̅ necessitatis exige̅tia̅ & unu̅q̄dꝙ me̅bru̅ & q̄libet potentia ta̅tummo̅ fungit᷑ officio suo & q̄n op9 est natura respuit exereme̅ta:nocuis resistit & co̅tra morbu̅ totis uirib9 nitit᷑. Vtina̅ ergo hoi̅es has naturales ai̅e uirtutes obseruare̅t & imitare̅tur ꝑfecto bn̄ beateꝙ uiueret᷑. Sunt au̅t pote̅tie ai̅e appetit9 & mot9 animi i̅ homine sicut ordines artificu̅ & co̅ditio̅es homi̅nu̅ in ciuitatib9 quarum dn̄i & rectores bonis faue̅t & malos plectu̅t & corrigu̅t. Qua̅to igit᷑ dilige̅ti9 & studiosius q̄sꝙ seipsum recte regere & gubernar̄ d̄beret q̄n̄qdem res sua agat᷑ & ad similitudine̅ ciuitatis & totius mu̅di factus sit:q̄n ergo mali appetit9 i̅surgu̅t in pulsus aioꝝ & furores acce̅si eos q̄primu̅ co̅primit sapie̅s & sub iugo ratio̅is domat nihil penite̅du̅ appetit & reddit unicuiꝙ q̄d suu̅ est:aduersa equo aio tollerat & te̅perat9 d̄niꝙ minime exit quatuor primaru̅ uirtutu̅ & bn̄ beateꝙ uiue̅di terminos quos humane leges et diuina i̅stituta eq̄ssime sanciueru̅t. Ex iis e̅t coligi potest ꝙ sicut ai̅a habet i̅trinsecas pote̅tias et uirtutes que ꝓ co̅seruatione corporis naturaliter agu̅t et sicut ai̅a liberu̅ heꝫ arbitriu̅ i̅ rebus extri̅secis q̄ ad libitu̅ uolu̅tatis facere po̅t sic e̅t Deus q̄n̄libet pote̅tia absoluta bonis et malis hominibus iustissima merita retribuit:sed uirtute dei ordinaria sidera regu̅t hec inferiora. Et q̄uis fuerimus longius digressi tamen iocunda lectio nos cito reduxit uel maxima hec adere libuit quoniam mores etiam immutantur aliqua ex parte complexionem: atꝙ malis moribus ut remedia adhibere sciamus et nos metipsos cognoscamus.

EX nutrimentis que in stomaco digerũtur: generat̃ liquor albus crassus ꝛ quẽ chilũ uocãt cui9 partes magis crude/siue fuerit crasse siue aquose dicũtur flegma qđ parti remanet in stomaco & parti fluit cũ chilo: feces uero nutrimẽtoꝝ sequestrant̃ a chilo & ĩ stercora cõuerse egerũtur. Sed chil9 p uenas miseraicas fluit in amplã hepatis uenã que dicit̃ porta: inde per inumerabiles & ãgustissimas uenas diffundit̃ in totũ hepar & sic ibi cõcoquit̃ rubescit & cõuertit̃ in sanguinẽ ab eoq; secludit̃ aquositas que in urinã cõuersa penetrat in uesicã incredibili admiratione qñ quidẽ unde intrat non possit exire: sed per collũ uesice mingit̃. Cistis uero fellis digerit partes sanguinis leues/acutas/amaras/& ualde rubeas & in colerã cõuertit que est humor calid9 & siccus & generat̃ ex cibis calidis & siccis/dulcibus/amaris/salsis/untis acutis/uel a supanti calore & laborioso exercitio: cistisq; fellis ad se trahit partes magis colericas acutiores magis amaras & fuluas & trãsmittit eas in intestina & flauo colore tingit sterc9 & urinã expellẽdũq; adiuat: sed mitior colera assimilat̃ sanguini quem acuit & cõcomitatur ut facilius penetret & simul nutriũt pulmonẽ & mẽbra colerica. Itidẽ facit splẽ cõuertit .n. partes sanguinis terrestres & fecẽ in melãcoliã que est frigida & sicca atra fusca & quasi turbida & ꝑcreat̃ ex cibis siccis & frigidis duris & difficilis digestionis aut a uehemẽti frigore & ardẽti calore & splen ad se nutriẽdũ attrahit sanguinẽ magis melãcolicũ durũ & fuscũ. Melãcolia uero magis digesta & melior inspissat sanguinẽ ne sit nimis lublic9 & nutrit ossa & pars optima facit ingeniũ & memoriã. Flegma est frigidũ & humidũ dulce: & nullũ mẽbrũ ꝓpriã habet uirtutẽ generãdi ipsum sed per accidẽs priuatiõis digestione creat̃ & maxime ĩ stomaco qui dicit̃ lacunar flegmatis & parti in hepate nã sanguis egre coct9 flegmaticus nũcupatur & in uenis magis digerit̃ & cerebrũ mẽbraq; flegmatica ipsum pro nutrimẽto sortitũ excipiũt & ubi deficit sanguis nutrit etiã alia mẽbra: flegma dulce qđ nõ est nimis crudũ neq; uiscosum sed mediocre inter aquosum & crassum & rore humettat mẽbra ob laboriosum motũ arẽtia: generat̃ aũt flegma ex cibis frigidis & humidis uiscosis & dure digestiõis & maxime a frigido stomaco & debili digestiua. Sanguis aũt nõ exit nal'r uenas nisi qñ cõuertitur in substantiã nutriti: sed alii humores maxime mali quãdoq; exeunt & partim generant̃ extra uenas. Preterea quatuor in uenis parti sunt mixti & parti seperati nã colera leuior/calidior supnatat & mitior miscet̃ sanguine ꝓxim9 colere est sanguis sicut aer sub igne: flegma aũt dulce mediocre miscetur sanguine sed crudũ uiscosum est sub eo sicut aqua sub aere at melãcolia quãto magis est dura & grauis terrestris tanto magis subiacet sepata omnino aũt sanguis in maxima q̃ntitatis ꝓportione excedit alios humores & est calidus & humid9 rube9 clarus sincer9 aprime digest9 q̃ dulcis & bon9 qui post q̃ digerit̃ in hepate una cũ aliis humorib9 qui secũ miscent̃ ingredit̃ magnaꝫ uenã que cõuexum hepatis ascendit deĩde in plures uenas & uenarum ramos per totum corpus diffunditur & cõtinue meli9 digerit̃ excremẽta aũt uapores & sanguinis sordes parti isensibiliter per angustissima pororum foramina partim per sudorem excutiuntur. Sed post ubi ad extremas uenas tenuissimas peruenit sanguis conglutinatur & in carnem

conuertitur corpusq; restauratur & alitur mēbraq; madent rore sanguinis qui nu/
triuit & humiditate radicali quā a primordiis generatiōis cōtraxere. At sperma ge
neratur ex sanguine supanti bono & sane digesto/qualis est is qui in substātiā nu
triti cōuertitur: nam qn̄ huiusmodi sanguis exuberat generatur plurimū sperma
a renib9 & testiculis:secus diminuit̄:natura.n.potius se nutrire & conseruare q̄ lu
xuriādo cōsumere auet & nititur. Ideo famelici minus coire possunt & qui supra
uires conātur extenuātur uel debilitant̄ sed prius postq̄ sanguis digestus est in he
pate:cor ad se nutriendū attrahit sanguinē sincerū sane digestū & eligit ex quatuor
humorib9 secūdū eorū proportionē partes magis digestas & meliores & ex eis ge/
nerat spiritū qui est humor tenuissim9 clarus & oīum optim9 & cōtinet̄ in arteriis
p quas saliēs sub uenis equidistātes discurrit & a corde recipit uirtutē uitalē qua hō
uiuit & uite cōtrariis resistit & qn̄ uenit ad hepar acquirit uirtutes naturales gustū
digestiuā/distributiuā/attractiuā/expulsiuā/& alias & spūs qui ad cerebrū ascendit
efficitur aīalis & habet uim sentiēdi & mouēdi & qui p uētriculos cerebri discurrit
facit īgeniū huiusmodi aūt spūs nisi sit tēperatus sēper declinat ad illū humorē qui
p̄dominat̄ in corpore. Spūs ergo sanguine9 tēperat9 ut paulo āte dixim9 p̄stat anī
mi & corporis fotitudinē/itegrā sanitatē/ꝓbitatē/ingenuos mores & excellētes uir
tutes. Spūs flegmatic9 facit hominē uilē/debilē/īfirmū/inertē/ sensibus obtusuz &
ingenio hebetē:s3 q habēt spūm colericū sunt īpatiētes/iracūdi/leues/sensibus acu
ti & ingenio prōti spūs melācolicus facit hominē timidū mestū memorē & ingēiū
profundū Itaq; gn̄a humoꝝ naturaliū sunt tātū quatuor sed possūt permisceri pu
trere corrūpi & in alterationes innumerabiles transmutari ex quorū uarietate diuer
sa gn̄a morborū emergūt flegma quidē tenue aqueū & glutinosum malū ē sed aq̄/
um quod colere miscet̄ dicitur salsū:glutinosū uero quāto uiscosius tāto grauius
& deterius ē presertim flegma uitreū quod simile est uitro liquefacto quale in frigi
dissimis senibus solet procreari. Sed flegma gipseū a quo tenues partes sunt reso/
lute tenax ē & albū sicut gipsū & quandoq; oritur in uacuis foraminibus& iunctu
ris. Colera qdē flaua cū pauco flegmate aquoso sed uitellina similis ouoꝝ uitellis
crocea cū flegmate uiscoso solent plerūq; misceri. Rursū colera fit uiridis ex nimio
frigore uel ex indigestione sicut apparet sepe in infantibus sed quāto ex ardēti calo
re efficitur uiridis uel rubiginosa ē mortalis Melācolia q̄ nō est naturalis quādoq;
ex nimio frigore sed plerumq; ex adustione aliquorū quatuor humorum genera/
tur & licet utraq; sit frigida & sicca que tamen est cinis est siccior precipue colerica
& cruda flegmatica ē frigidior. Itaq;'repit̄ melācolia mala & corrupta sāguinea co
lerica flegmatica & melācolica. Sāguis etiā quandoq; uitiat̄ & putret & fit acetosus
salsus & amarus:plerūq; tamen putridus statim in coleram & quandoq; in melan/
coliam conuertitur. Item otiosa quies flegma sed laboriosa exercitia coleram au/
get. Ad summū cuiusq; generis humor ad hec quatuor reducuntur consequen/
ter autem prosequemur de pulsu quoniam a spiritu causatur postea dicemus d̄ uri
na que est aquositas humorum.

P Ulsus est motus salétium arteriarũ: que a spũ feruẽti cutim ꝓpinquã uer sus facili9 subleuãtur q̃ aliorsum ꝓpter carnẽ & ossa adiacẽtia. Spũs autẽ cõtinue feruet in arteriis ut digestiua & alie uirtutes naturales possint exer eere operationes suas/ & resoluit uapores & quantũ spũs gignitur ex nutrimẽtis tã tundẽ resoluitur. Calor uero spũs uirtute anime generat̃ in corde & propterea pri sci philosophi sicut Democritus crediderũt animã esse igneã: & cor maxime feruet ad digerẽdos spũs sinceros & ad excutiẽdos fumosos uapores/ quos nisi per anhe litũ expelleret & cõtiue ab aere attracto refrigereret̃ in breui suffocaret̃. Itaq; neces se est ut cor cõtinue ferueat & respiret: unde anhelit9 quẽ auctores lingue latine spi ritũ uocant est similis pulsui: sed hic uelocitate & frequẽtia recuperat illius magni/ tudinẽ: nam uie anhelitus sunt ualde ãpliores arteriis pulsuũ: p̃terea arterie ẽt ut di xi trahũt originẽ a corde que in diuersas corporis partes equidistãter ꝓtẽdũtur sub uenis quietis que oriũtur ab hepate. Illa aũt que ad brachiũ sinistrũ porrigit̃ pp rectitudinẽ & ꝓpinquitatẽ cordis & pp honestatẽ meli9 tãgitur ad pulsuʒ cogno scẽdum ꝓpe rasetã manus que cubito parump reflexo supra uentrẽ quiescat: nã si bracchiuʒ crura uersus extẽderetur pulsus fieret magis latus breuis & min9 eleua tus. Si uero manus retro uel supina flecteretur pulsus cresceret in altitudine & lõgi tudine: si sursum suis uiribus nixa eleuaretur magis laboraret & fieret pulsus uelo cior & frequẽtior. Pulsus autẽ habet duos motus & totidẽ quietes ꝓpter fluxum & refluxũ & feruentẽ ebullitionẽ spirituum. Eleuationẽ quidẽ siue ampliationẽ ar/ teriaꝝ greci diastolem & sistolẽ uocãt depresionẽ quã pleriq; quietẽ esse crediderũt qm̃ uix ad tactũ p̄cipitur sed falso quia tantũdem est eleuatio & depressio uel saltẽ successiue se inuicẽ recõpensantur & quod demitur ex uno cum alio recuperatur si cut patet de anhelitu cuius aeris attractiones & expulsiones semp fere adequãtur. Sed uere quietes sunt ꝓprie ĩter motus cõtrarios: hoc est ĩter diastolẽ & sistolẽ que quidẽ multo minus q̃ sistoles p̄cipiũtur. Colligitur aũt totius pulsus substantia nouẽ modis genere distinctis: primũ quidẽ quod maxime medici exquirũt/ cõti/ net species fortitudinis & debilitatis uirtutis: nam pulsus fortis resistit tactui ob uim aĩe fortitudinẽ uirtutis & caloris naturalis & pulsus debilis facile cedit tactui ꝓpter debilitatẽ caloris naturalis. Quanto igitur calor naturalis est maior tãto pul sus est fortior & magis resistit tactui p̄cipue si arterie sunt dure: cõtra quãto minor est tanto debilior & facilius cedit tactui maxime quãdo arterie sunt molles faciunt ferme pulsũ fortiorem. Cõplexio tempereta/ iuuentus/ sana ualitudo/ boni cibi in quãtitate cõuenientes/ calor suauuis/ labores & exercitia tẽpata & quicquid deniq; suauiter excitat calorẽ naturalẽ: sed calores intollerabiles laboriosa exercitia febres & similia licet faciãt pulsum maiorẽ tñ debilitãt: similiter ira/ tedia animi/ uigilie/ fri gus/ egritudines/ euacuationes corporis/ macies/ mali humores qui fluunt ad cor et ad mẽbra neruosa dolẽtia et quicqud deniq; ualde resoluit debilitat. Alterũ ge/ nus cõsiderat magnitudinẽ et paruitatẽ: pulsus sane magnus est lõgus latus et ꝓfũ dus qui circũcirca ampliatur Sed paruus ẽ secundũ easdẽ dimenssiones & circũ cir

ta diminutus breuis artus & tenuis pulsus quidē rotūdus est breuis latus & ꝓfundus Sed teretes est longus artus & tenuis: pulsus suꝑficialis ē longus latus & tenuis. At sūmersus est longus artus & profundus. Coartatus uero breuis artus & ꝓfundus: pulsus aūt fit magnus propter urgentē necessitatē & necessitas pp calorem laborē uel motum sine multa debilitate & quicqd deniq; irritat & inflāmat calorē naturalem aū debilitatē ut diximus facit pulsum magnū: ꝑcipue si arterie sunt ample & molles econtra pulsus minuitur pp frigiditatē cōplexionis & otiosam quietē resolutionē & diminutionē caloris naturalis precipue si arterie sunt parue & dure. Pulsus fit rotūdus pp multitudinē & crassitiem sanguinis & spūs sed pulsus q est durus & fortis facit pulsum teretē pulsus aūt submersus & coartatus fit pp reditus spūuз ad cētrū sicut ī sonnis & ī pricipio egritudinū humoraliū nā in principio parosismorū febriū quando humores ad putredinē mouent̄ natura stupet & spūs fugiūt in arcē & faciunt pulsū primo coartatū postea submersū deinde magnū pp calorem: pulsus uero fit suꝑficialis pp debelitatē & duritiē mēbrorū adiacentiū sicut ī senibus. Sb tertio genere ponūtur durities & mollities arteriaꝝ que fiūt dure pp siccitatē & molles pp humiditatē corporis uel egritudinis idē tñ pulsus pōt esse dur9 pp siccitatē & đbilis si facile cedit tactui pp debilitatē caloris nal̄is & uirtutis fiūt etiam dure arterie pp extenssionem sicut in crisi quādo extēdunt̄ propter expulsionē materie sз moles arterias faciūt hūectātia sicut cib9 & pot9 otiosa & diuturna qes sōn9 balnea hydropisis litargia & cōplexio hūida. Quartū genus sumitur ex uelocitate & traditate que in pulsu attenduntur: penes motū naз pulsus uelox in breui & tradus in longo tempore eleuatur pariter & deprimitur: fit autem uelox propter auctā necessitatē fortitudinem uirtutis & mollitiem arteriarum: frigiditas uero debilitas uirtutis & durities arteriarum faciunt pulsum tardum. Pulsus igitur si perseuerat uelox arguit fortitudinem uirtutis si aūt parum durat significat necessitatem auctā pp calorē laborem & nature aduersantia sicut in crisi: omnino uelocitas constante uirtute crescit & decrescit una cum motu labore uel alia necessitate. Sed deficiente uirtute & crescente necessitate fit pulsns tradus parruus & spissus. Similiter pulsus magnus si una cū necessitate perseuerat significat fortitutidineз uirtutis secus debilitatē mollitiesq; arteriarum magnitudinem ut dixi & durities auget paruitatem pulsusq; fortis minor est cum duritie quā sine necessitate & urgente necessitate pulsus fortis & durus fit uelox & paruus uelocitasq; magnitudinis decrementū recompensat sed durities debilitas & necessitas aucta facit pulsum ualde paruum & densum. Densitas enim siue frequentia & raritas que sub quīto genere pulsuū continentur attenduntur penes quietes diastoles & sistoles intriacentes que/a/depressione siue sistole non facile discernuntur: facit autem pulsum frequentem & densū necessitas & priuatio necessitatis rarum. Inteligo sane per necessitatem calorem ad motum uel maxime auctum laborem/ dolores/egritudines iram uel aliam ob causam necessitas igitur cum fortitudiue uirtutis ut diximus facit pulsum uelocem frequentem & magnum sed cū debilitate & duritie desum tardum & paruum. Duri

ties quidem auget frequentiam & minuit magnitudinem sed mollities facit pulsũ maiorẽ & rariorẽ: uelocitas aũt et frequẽtia se inuicẽ concomitãtur nisi in debilitate uirtutis in qua urgẽte necessitate frequentia crescit et uelocitas retardatur: pulsus ergo spissus paruus et mollis est debilis sicut uermicularis et dẽsissimus est formicularis similis formicis cuius diastoles in superficie tanq̃ minimi et crebrissimi pũcti uix pcipiunt̃ & significat maximã necessitatẽ ultimã debilitatẽ & mortẽ ppiquã & q̃uis pulsus ratione frequẽtie & spissitudinis sit sub hoc genere: tñ ratione diuersitatis sub octauo cõtinetur. Sextũ genus cõplectitur plenitudinẽ & uacuitatẽ: sunt enim arterie pleniores ppter repletionẽ & abũdantiam spũs & sanguinis quib9 flobotomia quãto citius tanto melius cõfert: sed uacue significant modicũ spiritũ & debilitatẽ & indigẽt repletione & restauratione. Sub septimo genere locat̃ qualitas & quantitas caloris arteriarũ & carnis ex quibus aliqualiter cõiecturatur qualitas malorꝶ humorũ & egritudinis. Octaum genus cõprehendit equalitatẽ & inequalitatẽ pulsuũ & eorũ diuersitatẽ siue plures pulsus inuicẽ diuersorum siue partes eiusdẽ inter se cõparentur. Est autẽ pulsus equalis quando est similis in magnitudine uel paruitate/ fortitudine uel debilitate/ uelocitate/ frequẽtia uel plenitudine. Sed diuersus/ quando aliquo modo differt. Item pulsus diuersus duplex est: uniformis & difformis: pulsus quidẽ uniformiter diuersus est: quando in aliquo pdictorum generũ uniformiter crescit uel decrescit ita q quãto secũda diastoles est maior uel minor prima tantũdẽ tertia maior uel minor secũda & sic pcedat usq; in finem uel ad certũ terminũ a quo similiter declinet uel statim principiũ repetat & pristinũ ordinẽ tanq̃ p circulum seruet: talem autẽ consonantiã & proportiones excessuũ in pulsibus sicut in uocibus musica metiri & cognoscere docet. Et potest dici pulsus uniformiter diuersus quãdo queq; tertia quarta uel sexta diastoles inter secta cadit & subterfugit aut duplicata redit uel aliquo modo similiter uariãtur ceteris paribus. At pulsus difformiter diuersus in duas species sequestratur: aut diastoles & sistoles utreq; sunt aliis absq; pportionis ordine inequales: aut ĩ eodẽ pulsu diuersitas accidit que tribus iterũ modis uariatur quãdoq;.n. arteria inequaliter salit sub indice anulari uel medio digito & q̃nq; arteria circũ circa secundũ sex differẽtias positionũ inequaliter dilatatur sub eodẽ digito & interdum partes eiusdẽ eleuationis uel depssionis sunt iter se inequales: ut puta prima medietas est uelocior altera uel ecõuerso. Pulsusq; difformiter diuersus post secũduꝫ oẽs suas species in infinituꝫ uariari: sed qui sepius accidere solent magis sensibile dũtaxat explicabimus: sicut pulsus satiyrus qui ualde diuersus est & in certo ordine uagatur: nam modo huc modo illuc intempestiue altius salit & ex abrupto diutius quiescit: sicut edus qui saltando discurrit/ sic pulsus modo uelox & magnus modo lentus paruus durus uel tremulus mouetur: huius ferme diuersitatis causa cum fortitudine uirtutis est grauis repletio ciborũ sanguinis uel aliorum humorum: cum debilitate uero significat crisim & tanto diuersitas maior est/ quanto humores sunt magis uiscosi & crassi uel ppe cor constituti/ qui impediũt spiritum & ob easdẽ causas diuersitas

diuiti9 durat ut accidit in parocisismis febriū humoraliū. Similesq; cause maiores & grauiores faciūt tremorē cordis & pulsum tremulū: sed diuersitas pulsus ꝓpter repletiōem ciboꝝ uel timorē cito recedit & facili9 ꝓpter ebrietatē sedat. Bispullans est pulsus qui in eodē tp̄e hic inde secūdum latitudinē arterie bis pullare uidet aut spū s ꝓpter magnā necessitatē uel fortitudinē uirtutis ualde feruet & tractim ebullitionis globos unū sup alium extollit: spūs. n. tractim impulsus salit ob duritiē arterie que nō facile dilatatur: pulsus undosus cuius spūs per arterias sicut unde sup equore currūt iequales plerūq; significat capitis & quandoq; uētris dolorē si idem plenus est arguit abūdantiā sanguinis uel crassi humoris: si uelox urgentē necessitatē doloris uehementiā uel fortitudinē uirtutis: si lentus uel uacu9 debilitatē significat & raro a capitis dolore uel plenitudinis grauedine absoluitur. Pulsus similis cande muris uniformiter crescit uel decrescit sicut in declinatiōe parocisismi uel pricipio febris hoc est sicut uirtus uel necessitas equaliter augetur uel successiue diminuitur. Pulsus spasmosus habet arterias cōtractas que ꝓpter ibibitā materiam uel maximam repletionē stomaci & precordiis grauē tendūtur & tracti mouētur sicut nerui in spasmo. Pulsus serrinus est similis serre qui alternis uicibus modo durus modo lenis est: & significat apostema pectoris & mēbri neruosi cōmunicātis cū arteriis ad apostemata aūt ꝓpter debilitatē loci & dolorē undiq; cōfluūt mali humores q parti sunt uiscosi & crudi: & parti putridi digesti ex quoꝝ diuersitate arterie alternis uicib9 sunt molliores & duriores: accedit q̄ q̄litates et uapores malorū humorū miscētur ēt cū spū quorū causa uel propter spūm formidātem dolorē arterie tēdūtur et relaxant et faciūt pulsum serrinū. Pulsus intersept9 est/ubi aliqua diastoles subterfugit et nō pcipit ꝓpter malū humorē cordi molestū uel ad cor guttatim fluentē ex sua minera. Pulsus cadēs accidit propter sincopim aut trepidū et improuisum terrorē quando spūs propter timorē uel cor a malis humorib9 opressuz territus refugit in centrū et arcē postea excusso timore uel humore spūs per corpus dilatatur et pulsus reddit. Pulsus similis cordis et funibus tortus fit quando spūs propter grossitiem humoris secū mixti et propriam debilitatem non libere sed cicū flexus decurrit. Tremuli pulsus causa est maximus timor aut plurima repletio stomaci et materia cordi molesta aut uehemens necessitas que subito resoluit spūm & facit arterias aliqualiter duras. Pulsus uermicularis qui sicut minimi uermes parū & lēte mouet malus est & minor & deterior est formicalis similis formicis debilis spisus & minimus ad quem ubi deuētū actū est. Alii aūt pulsus diuersi ad aliquam predictarū spcierū possunt reduci. Preteria quidā addūt nonū gen9 quod pōderat bonitatē & malitiā pulsuū. Sed superuacuū uidet quoniā bonitas uel malitia plsuū est ratione fortitudinis uel debilitatis magnitudinis uel paruitatis uelocitatis uel taridtatis aut sub alio predictorū generū cōtinet. Sed forte hoc nonum genus ponit differētiam iter pulsus puerorum: iuuenum & senum nā licet pulsus frequēs sit simpliciter malus & sub quinto genere cōtineatur tamen quia est naturalis & bonus pueris ideo dicit pulsus boni pōderis & seb hoc nono genere locatur: pulsus ergo boni boni uel mali ponderis non difert nisi ratione ab aliis generibus: nam

idem pulsus proprio & cõsueto alicui etati cõperatus est sub hoc genere & cõperatus pulsui tẽperato est sub aliis generibus. Pulsus aũt puerorũ lenis est ꝓpter abũdanté humiditaté & debilis/ ꝓpter impotentiã uirtutis: sed frequens ob urgentem necessitaté caloris euentãdi & resoluẽdi fumosos uapores qui ꝓpter eorũ ingluuié cõtinue gignunt᷑: & quis pulsus eorũ sit paruus respectu uirorũ: tamé magnus est ratiõe corporis. Pulsus iuuenũ maiores & ueIociores sunt circa uigesimũ quintuꝫ annũ sed fortiores & magis lenti & rari circa quatragesimũ. Pulsus senũ sunt parui duri/ lenti & rari ꝓpter frigidũ & siccã cõplexiõem debilitaté uirtutis & priuationé necessitatis. Sed decrepiti habẽt pulsum molé ꝓpter humiditaté idigestorũ humorũ & ubertaté catarrorũ. Amplius pulsus uirorũ sunt longe maiores & fortiores mulierũ propter fortioré uirtuté & maioré necessitaté que auget pulsum uirorũ tm̃ in magnitudine & nõ in ferquẽtia neq; uelocitate: sed in mulierib9 cõtrariũ accidit ob moles arterias & magis angustas & profũdas a carne obsessas. Carnosi.n.& obesi habẽt arterias magis profundas & pulsum minoré & freqẽtioré macilentis. Preterea quisq; ex innata cõplexione habet propriũ pulsum sibi naturalé: pulsus igit᷑ egri cõparãdus est pristino eiusdẽ sani uel saltẽ pulsui proprio illi etati & quãto magis ditTat tãto magis laborat. Calor aũt ut sepe diximus sine debilitate facit pulsuꝫ magnũ & calor naturalis quãto maior est tanto fortioré. Sed accidẽtalis quãto magis pseuerat & maioré laboré prestat tanto magis debilitat. Cõplexio frigida & maxime accidẽtalis facit pulsum paruũ debilé rarũ & lẽtũ ꝙ si arterie essent moles pulsus fieret parũꝑ maior sed magis lentus & rarus. Complexio humida mollit & extendit arterias quas coartat & indurat siccitas & nõ modo cõplexio totius corporis sed qualitates mẽbrorũ intẽdũt & remittũt caloré spirit9 & uariãt pulsum sicut accidit paraliticis quoꝝ spiritus licet ab eodé cordis fonte in utrumq; lat9 discurrat tñ pulsus lateris paralitici est similis pulsus frigide cõplexionis & alter calide. Amplius pulsus una cum corpore semꝑ & equaliter alterat᷑: est ergo pulsus fidus index cui maxime credẽdum est: unde cibus & potus faciunt pulsum magnum ueloẽ frequenté & forté: cõtrariũ uero ieiuniũ & sitis exuriẽtis: sed ebrietas & repletio tã ciboruꝫ q̃ aliorũ humorũ facit pulsum diuersum. Pulsus in principio sonni est paruus & debilis quia spiritus in cẽtro uacat digestioni postea dilatat᷑ & fit pulsus fortior & maior propter humiditaté arteriarum. Sonnus uero prolixus facit pulsum paruum lentum & debilẽ quia spiritus ĩcumbit resolutiõi suꝑantium uaporum quos uigilie et motus excutere solent: sed si q̃s intempestiue expergiscat᷑ eius puls9 tãq̃ territus aliq̃tulum q̄escit postea fit uelox et frequens et diuturne uigilie insonniuꝫ noctium faciunt pulsum uelocem frequentem et diuersum que si diutius pseuerãt pulsus debilitat᷑ et cõtinue fit minor et tãdem cum tremore cordis efficit᷑ tremulus pulsus autem ĩ mane post debitum et cõsuetum sonnum est uelox et magnus: qui paulati per ultimã resolutionem decedunt eorum pulsus et debilitas manifeste percipit᷑ quia facile cedit tactui aut uix pcipit᷑. Sed quoniã nostris tẽporib9 propter cõsuetã ingluuiem plurim imoriunt᷑ repletione et malis humorib9 suffocati ideo

pulsus eorum paulo ante mortē adhuc pseuerat uel fuit satis fortis & uelox. Ad summū cuiuscūq; generis pulsus ut recte cognoscat' eius bonitas & malitia debet ad tēperatū cōperari. Est aūt pulsus tempatus equalis & fortis & in ceteris generibus in medio extremorum locatus mediocritatis locū obtinet & huius causa est spūs sincerus lucidꝰ clarus ualidꝰ copiosus feruens qualis & quātus est: qué optima natura exposcit & qui nec ira uel febre effimera facile accendit': sed agilis per solitos meatꝰ absq; impedimēto libere saliendo discurrit: & talis est in ceteris actionibus mentis & corporis oībus uehemētissimis. Itaq; hactenus spūs officiū: & humorum naturam & que de eis sentimus breuiter explicauimus: reliquū est ut de urina que est aquositas humorū disseramus.

De urina.



Rina dicta est ab urendo: eo q2 ppter eius acuitatē urere uidet': & lotiū a lauando lauat enim & abstergit tingit' colera secumq; trahit excremēta que inuenit: sed eius crassities & tenuitas substātie ab initio cōcipit' in hepate ubi cōcoquit' sanguis a quo sequestrat' aquositas urine que mirū inmodū & p incredibiles poros ingredit' uessicā qbus non potest exire sed ne continuo mingēdi tedio afficeremur tributū est nobis a natura ut collectā urinā per collū uessice ad libitū mingeremus. Itaq; urina nō decidit' ab omnibus corporis partibus. Sed uessice renum & hepatis dispositiones primo nobis ostendit ex quibus postea aliorū mēbrorū ualitudinē cōiecturamus: unde si predicta mēbra se bene haberent utiq; urina esset ut decet naturalis & sana & nihil mali ex ea colligi posset. Hic igit' plurimorū ignorātia patet qui medicū ex inspectione tantūmodo urine posse oīa scir' opinant' nec peritū quemq; esse medicū credūt nisi per urinam oīa pdicere sciat sed hii tradēdi sunt malis medicis perimēdi & mendicis expoliandi uafris et uersutis qui statim uisa urina fingunt totius egritudinis substantia cognoscere et tantūmodo referūt generalia que egris fere oībus accidere solent et cū his subtrahūt et capiunt portantes urināex quorū uerbis postea aliquā faciūt egritudinis cōiecturā. Sed huiusmodi deceptores et ignorantes sunt peritis medicis integris et iustis ualde molesti et exosi. Sed ad rem redeamus. Inditia que urine decernūt colliguntur ex colore/crassitie uel tenuitate/ex ypostasi ex quātitate/spuma et fetore uel materiis secū mixtis. Sed quia colores se nobis prius obiciunt: ideo de eis primum loquamur. Vrina tempati' uel saltē sani est naturaliter flaua & eo mediocri colore cita qui paleā & citrū iteriacet: flauescit autē ratione colere que digestione gignitur a calore naturali: & hinc est q2 urina parum post cibum migitur alba clara sicut aqua: quoniā calor naturalis relinquit urinā & tendit ad digerēdum cibum in stomaco similiter est urina illorum qui stati mingunt quod bibunt uel ob aliquā causam sepe sepius mingunt: ecōtra quāto diutiꝰ urina morat' in uessica tanto magis fit fulua & crocea. Item quādo apostemata maxime cerebri febresq; ad se trahunt spūm/ calorē

naturalē & colerā mingit̄ urina alba turbida sicut lotura manuū. Sed ubi humo-
res corporis essent pestifero morbo corrupti: tunc urina esset ualde turbida similis
urinis asinoꝝ uel muloꝝ & significat apostema cerebri uel pestē cōtagiosam. Pre-
terea est alia species urine uere albe similis lacti: & chilus ipse quē hepar minime cō
quossit. Et ego curaui quēdam qui pluribus diebus minxit huiusmodi chilū q̄ si-
milē lacti. Alie uero urine que ad albedinē declināt significāt debilem calorē natu-
ralē/cōplexionē frigidā & humores flegmaticos. Vrina palida arguit humores ual
de frigidos flegmaticos uel melancolicos: sed urina alba similis spermati indicat pi
tuitā cataralē apostema frigidū flegma uitreū dissolutum paralisim uel apoplexiā
humor uero similis spermati qui absq; libidinis actu/& preter uoluntatis intētum
paulatim mingitur: ac si ex fistula guttati flueret: arguit abundantiā humoꝝ & de
bilitatē renū. Vrina qdē sanosa aptionē apostematū significat q̄nq; aūt arenule cal
culi & materie in uessica cōieste dissoluuntur & faciunt albam urinā: sed in febrib9
acutis urina alba pniciosa est & sepe capitis dolorem & mēte captis insaniā intimat
Complexio sanguinea facit urinā rubeam & crassam/colerica fuluam croceā/malā
colica palidam opacam uel fuscā & quanto diutius urina in uessica moratur ut di-
xi tanto magis rubet: unde inedia/sitis/labores/dolores/ putredo/ febris/ calor &
quicquid deniq; resoluit & desiccat humiditates corporis acuūt & rubore tingunt
urinam precipue si cōplexio est calida uel domināt̄ur humores sanguinei uel cole
rici. Item repletio & humores stomaco uel pcordiis graues aut putridi apostemata
& dolores tingunt rubore urinam: sed in febrib9 urine oēs fere sunt rubee & mul-
to magis calidoꝝ humorum q̄ frigidoꝝ. Vrina fulua uel rubea puluerulenta atto
mis mixta & sine sedimine indigesta in febrib9/mortalis est. Mictus sanguinis ap
tionem uenaꝝ demōstrat: q; si in crisi sine aliqua uiolentia sponte cōtingit/nuntiat
salubrē euentū: sed si ab initio tenuis fetidus uel guttatim mingatur/ malus est &
uulcera pene incurabilia indicat. Vrina Icterica quanto magis fulua uel rubea fus
ca fuerit que pannos indelibilibus maculis inficit tanto salubrior est: contra uero
que albescit uel parum rubet sine cōualescentia: idropisim minat̄. Vrina fulua uel
rubea in cuius summitate cōspicitur color uiridis simili oleo mala est: & sepe morta
lis prefertim pinguis uncta fetida pauca & fusca ex adustione aut in cuius summi-
tate gutte adipis sicut olei natāt q̄ significat ptisim ethicā & liquefactionē pinguedi
nis humoꝝ radicaliū & dissolutionē mēbroum. Verumtn̄ in egritudinibus melan
colicis qn̄ huiusmodi urinam rubeam fuscam uel uiridem similem oleo subsequi-
tur nigra reducit spem salutis: pleuresis & apostemata pectoris & laterum supiorē
partem urine nigriorem sed inferiorem magis rubeam & clariorem faciunt. Salu-
brior sane est urina rubea que sanguinem q̄ fulua ignea & fusca que coleram signi
ficat. Quandoq; autem in morbis frigidis rubet urina aut propter febris calorē &
putredinē uel propter dolores sicut in colica aut propter opilatiōes: sed rubea aquo
sa similis loture carnis recentis pro uenis ex debilitate hepatis quod egre concoq̄t
& non potest sequestrare sanguinem ab aquositate ceu in ydropisi & reliquis egri-

tudinibus hepatis in qbus urina oībus fere rubet similiter in egritudinibus renū urina est qn̄q₃ similis loture carnis: quoniā renes nutriunt sanguie parum p aquoso. Item qn̄ flegma uel alter humor obstruit meatus unde colera a felle pficiscens prolabit in uiscera aut ab eis diuertit melācolia & tota fluit in uessicā urina mingit ualde fulua & fusca icterica. Sic itaq₃ in frigidis etiā morbis urina qn̄q₃ est rubea/econtra in calidis mingit alba ubi colera a uiis urine alibi diuertit siue in uiscera labat siue propter dolores uel apostema cerebri ad caput aut ad cibū digerendū repat: sed eius albedo nō est pura clara sed quasi turbida puluerulenta sicut lotura manuū absq₃ ypostasi indigesta huiusmodi aūt urina plerūq₃ est pnitiosa maxime in morbis acutis in qbus tutior est urina rubea q̄ alba. In febribus urina que pluribus dieb9 mingit alba significat quartanā: si uero fuerit alba propter opilationes & pseueret minat cechasiam & ydropisim: febres cōposite urinam gignere solēt rubeas fuscas que ad nigredinē tendūt: sed urine diuersoꝝ coloꝝ quarū partes fulue rubee albe nigre sunt fere distincte: significāt inquetudinē laborē & caloris estum Quando mingit urina ignea ualde acuta que infert maximū dolorē in pputio significat humiditatē eius exiccatā propter coitū uel salsedinē ciboꝝ que si diutius pseueraret acuta uulceraret uessicā & eius uias & postea mīgeret sanginea/deīde turbida fusca & saniosa. Vrina parū uiridis & que ad colorē uiolarū uel celestiū lilioꝝ uergit: significat magnū frigus uel summū calorē in uiris: in mulierib9 uero purgationē matricis: sed in pueris lactātibus quibus frequētius accidit: significat indigestionē & frigiditatē. Que uero est ualde uiridis in adultis similis succo foliorum porri aut uiridi eris uel rubiginosa/crocea/indigesta: portēdit adustionē humorū membrorū incēdiū & mortē: & qn̄q₃ urina uiridis pcreat a spasmo ueneno uel pestiferis humoribus. Vrina que prius fuerat rubea fusca uel ignea & postea mingit nigra indicat humores melācolicos ex adustione sanguinis uel colere. Si uero precesserat alba significat melācoliā/flegmaticā. Amplius pnitiosa est urina uiridis & nigra/presertim pauca & crassa quoniā significat maximū calorē febrilem uel maximum frigus extinguens calorē naturalē. Vbi aūt urina esset nigra & multa & uirt9 fortis: cretica pugna superat morbos & per uias urine expellit malos humores/q̄rtanā sanat/discutit splenis tumores/lapides renū & uessice dissoluit/sedat dolores renū & dorsi/aut sanguinē nariū emoroydarū/uel mēstrua retenta purgat: ubi autē urina nigra multa subsequit albā aquosam indigestā salubris est: et ex iuuamento quod statim seqtur uidet. Item urina nigra que cū dolore mingit/mentule uessice uel renū significat uulcera illoꝝ locoꝝ precipue si in fundo facit residentiā sanie aut gutte sanguinis aut cruste sicut furfures secum minguntur. Rursum urina nigra si fuerit pauca est mortalis maxime in senibus & morbis accutis nam fit pauca propter adustionem & nigra propter coruptionem humorum & quandoq₃ significat maximum capitis dolorem uigilias ualde insonnes surditatē insipientiam & furoē & interdū urina nigra post albam portendit icteritiam Sed sanies minta indicat intrinsecorum apostematum apertionem.


Rina est tenuis qñ i plures minores: sed crassa i pauciores maiores partes cõcussa disrũpit̃ crassaq; maiorẽ spumã firmioresq; ãpulas pducit põt ergo urina crassa eẽ clara & puia. Cõtra tenuis: põt esse turbida humoribꝰ mixta in cuiꝰ supficie acies terminat̃ uel parũ trãsparet: uerũtñ tenuis plerũq; solet lipida/ clara/ & crassa/ opaca uel humoribꝰ dẽsa. Vrina aũt crassa nonmõ ab egritudinibus frigidis generat̃: sed a calidis acutis maxime i pricipio febriũ sanguinis & fulue colere uitelline. Omnino autẽ rare et pauce egritudines faciunt urinam tenuẽ nisi mali humores acuti ualde calidi et furiosi aut apostemata doloribꝰ seua aut debilis digestiua uel infirma retentiua sicut in diabete: in qua quod bibit̃ statim mingit̃ & interdũ urina est tenuis ꝓpter opilationes: uel quia parũ in uessica morat̃ uel ante digestionem mingit̃: sicut urine illoꝝ qui propter frigus uel assupta diuretica sepe sepius mingũt. In quacũq; egritudine urina crassa que nec in augumẽto nec in statu attenuat̃ nec tenuis ingrossat̃: sed qualis ab initio fuit indigesta perseuerat mala est & pernitiosa: & significat debilitatẽ digestiue & uirtutis uitalis & potentiã morbi: hepar ubi debilitat̃ parũ attrahit uel attractũ crudum dimittit & tantũ tenue expellit: & qñq; propter opilationes mingit̃ urina alba tenuis & interdũ subrubea similis loture carnis recentis. Vrina que in cõualescẽtia perseuerat tenuis reducit egritudinem. Sed tenuis que sine conualescentia ingrossatur indicat liquefactionẽ humoꝝ & ethicã. Diligẽter autẽ obseruãdũ est quotidie utrũ substantia urine digerat̃ qm̃ longe rectius est iudiciũ qđ per crassitiem & tenuitatem q̃ quod per alia urine signa colligit̃. Sed imprimis sciẽdũ est ꝙ urine iuuenũ sunt mediocres & equales: senũ tentiores & pueroꝝ crassiores. Mali humores difficilis digestionis faciũt urinã diutius indigestam & prolũgant egritudinẽ si uirtus est fortis quousq; digerant̃: sed ubi digestiua uel uirtꝰ est debilis aut humores sũt pernitiosi uel pestiferi faciunt urinã indigestã & perimũt egrũ ante digestionem uiresq; iuuenũ sunt longe potentiores q̃ senum uel pueroꝝ aduersus malitiam morboꝝ. Omnino aũt plures & grauiores sunt egritudines que crassam urinã q̃ que tenuem faciũt. Vrina que partim digesta est & partim indigesta: hoc est cuiꝰ partes quedã sunt tenues & quedã grosse: significat diuersitatẽ materie & opus digerentis digestiue. Item urina crassa & multa que facile mingit̃ affert bonũ euentũ sicut in egritudinibus splenis similiter que mingitur turbida: sed cito in fundo residentiã facit & clarscit: sepe enim natura per uias urine ut solet in crisi nocua expellit: pauca uero & crassa que cũ dificultate mingitur: arguit debilem uirtutem uel multitudinem crudorũ humorũ. Vrina turbida que est tenuis cito sequestrat sedimẽa & turbulẽtam materiam ab aquositate. Flegma facit urinam rubeam i febribus propter putredinẽ & calorẽ: sed in ceteris albã utranq; tamen crassam. Vrina crassa clara et fulua significat coleram uitellinam. Sed tenax oscura similis uitro liquefacto ut accidit i epilentiam indicat flegma uitreum uiscosum et tenax: cuius quidem urina licet sit ualde crassa omnino tamen si i dies aliqua ex parte attenuat̃ digeritur quã uis non habeat illũ flaum colorem qualis digestioni cõducit nam priora atq; po

tiora sunt signa digestionis mediocris substantie in urina q̃ que coloris ratione su mũtur. In hepate.n.urine substãtia cõcipit̃ :sed in renibus postea & uessica colora tur. Si uero urina postq̃ minta est cõdensari ingrossari aut attenuari uidet̃ uel clare scit & seq̃strat residẽtiã significat ꝙ natura laborat & incũbit digestioni. Vrina aũt q̃ postq̃ mĩta est facile corrũpit̃ significat putridos & corruptos humores & q̃nq̧ eoꝝ digestionẽ & sanitatẽ maxime ĩ pueris quoꝝ urine & que frigori exponunt̃ ci tius corrũpunt̃ :sed igni admote uel solis radiis calefacte in pristinũ colorẽ & sub/ stãtiã reducũtur. Morbi pestilẽtes apostemata cerebri & q̃nq̧ capitis dolores faciũt urinã turbidã similẽ asinoꝝ. Itẽ faciũt urinã turbidã sanies apostematũ uulcera la/ pides renũ & uessice dissolute materie ex apertione porrorũ expulse liquefactio hu morũ/sincopis uirtus repẽte debilitata excremẽta matricis & cetera.

De ypostasi:

S Edimen quod greci ypostasim uocãt est pars urine crassior flegmatica que paulo postq̃ minta est ex reliquis decidit̃ & in unũ colligi solet optima est alba lenis & equalis sicut nubes uel sicut flosculꝰ lane cãdide carminate & in medio ĩ forma rotũda uel pyramidali pẽdet iterdũ supficie tenꝰ natat:sed optima est magis tenuis & plerũq̧ residet in fundo & ideo sedimen & a quibusdam residẽtia appellat̃ :est.n.flegma digestũ & iccirco flegmatici otiosi epulões & opimi plus sediminis q̃ macilẽti sobrii & laboribꝰ dediti gingere cõpellũt̃ :similiter ĩ uri/ nis egrorũ post digestionẽ est plus sediminis q̃ sanorũ q̃m in eorũ uenis ẽ plꝰ mali humoris. Ipostasis aũt sepe ĩcipit ĩ augumẽto egritudinis salubris oriri & cõtinue ĩ bonitate & q̃titãte crescit in statu & in declinatiõe plurima colligit̃ : sed in pricipio nusq̃ apparet. Itaq̧ in moribis q̃to citiꝰ ypostasis decidit̃ & melior ẽ tanto ꝑcociorẽ digestionẽ salubriorẽq̧ euẽtũ nũtiat & citiꝰ sanitatẽ restituit humores.n.q̃diu sũt in digesti nõ gignũt neq̧ seq̃strãt ypostasim nisi malã secũdũ eorũ malitiã cõtrariã ei quã paulo ãte apꝓbauimꝰ q̃lis est ypostasis rubiginosa liuida palida nigra aspera ieq̃lis disrupta maculosa puluerulẽta uel in q̃ cõgeste materie & frustra sicut furfu/ res cõmiscẽt̃ :Ipost asis aũt & urina solẽt eodẽ esse colore ĩsignite:sed alba est melior ꝓxima ẽ flaua deĩde rubea postea fulua:sed lenis & eq̃lis siue sit rubea siue fulua ẽ lõ ge melior q̃ alba ieq̃lis. Vbi uero ypostesis ẽ in plures ptes diuisa & ꝑ urinã cõspsa significat q̃nq̧ uẽtositatẽ sed plerũq̧ dificultatẽ digestiõis ob malitiã humorũ uel d̃ bilitatẽ digestiue omnio ypostasis mala peior ẽ collecta q̃ cõspsa & q̃ in supficie na tat significat apostema uel creticã expulsionẽ :rubiginosa puluerulẽta & q̃ fuligini mixta appet/ minãt̃ egritudines mortales uel saltẽ lõgas. Vrina & ypostasis palida uł sicut sermatica/ portẽdit cõsũptionẽ & dissolutionẽ mẽbroꝝ: sperma arguit debi/ litatẽ renũ & ẽ crassꝰ magis solidũ palidũ uł liuidũ q̃ ypostasis. Sanies disruptoruꝫ apostematũ q̃ cũ urina migit̃ ĩ breui purgat̃ :sanies uulceꝝ renũ & ussice cũ acuita te urine & dolor̃ mĩgẽdi paulatĩ cresit& d̃crescit ab urina spata & distiguit̃ ꝑ fetorẽ

ab ypostesi & flegmate. Itē ypostesis leuis est & rara: flegma uero graue & densum sicut sanies: sed flegma minutū siue ypostesis flegmatica multa & glutinosa significat plurimū humorē flegmaticū crudū uel frigus renū aut dissolutionē mēbrorum & qn̄q3 cū ea sanant̄ podagre & dolores iūcturarū p̄cipue si flegma minutū est tenue digestū & multū: ypostesis piguis & uncta portēdit ptisim uel ethicā & dissolutionē mēbrorum. Ypostesis fulua indicat ardētē colerā uel iudiosam furētē: sed rubea crassa sanguinis abūdantiā & tenuis/rubea/ignea inqetudinē/tediū & dolorum faces. Ypostesis similis loture carnis recētis significat debile iecur: sed sanguinea aptionē uenarum: uerū sanguis q̄to magis est p̄mixtus/tāto a remotioribus partibus uenit: clarus uero & rubeus a regione hepatis. sed fuscus & niger sape splenis sanitatē restituit: ac si gutte sanguinis sint rotūde uel ob lōge parū p̄mixte ex uenis que sunt īfra uessicā uel matricē scaturiūt. Calculi siue lapilli rubei parui sicut arenula a renibus manāt: sed alie materie cōieste rubee q̄ subsistūt urine ab hepate ueniunt: calculi uero maiores uel alia materia alba in uessica cōcipit̄. Vrina dēsa carssa uel turbida cuius p̄tes crassiores a tenuioribus seq̄strate descēdūt & clarescit multa significat crisim & sanitatē sed pauca d̄bilitatē uirtutis. Cortices uulcerū & materie sicut furfures uel sicut cruste scabiei demōstrāt in urina uulcera renū & uessice. Verūtn̄ eiusmodi materie migunt̄ qn̄q3 post maximū laborē & qn̄ cōsolidant̄ uulcera sed raro p̄pter maximā dificultatē sanāt̄ nisi forte ī pricipio nā cito īueterant̄ & cōtinue faciūt urina magis saniosā & ītimāt acutiores dolores: postea icōtinētiā urine & tādē mortē inducūt. Vbi uero eiusmōi materie sine dolore migant̄ p̄erti late & magne sicut frustra putride carnis dure uel molles q̄ facile dissoluūt̄ putriose sūt & mortales & significāt tabē & cōsumptionē mēbrorum. Preterea faciūt urinā fetidā uulcera renū & uessice mali humores multi calidi putridi corrupti uel pestilētes: urina uero q̄ desinit esse fetida sine cōualescētia ex īsperato defectū uirtutis inducit: ubi uero urina sani incipit fetere nūtiat repletionē putrescētiū humorum & febrē calidā humoralē. Spuma autē in urina ex uiscositate humorū & extrinseca uētositate generat̄ spumoleq3 āpulle ea uētositate cōflant̄ quā cōcipit urina dū migit̄ uelmaxime dū in uas micta p̄iicitur q̄to ergo sūt maiores & diutius durāt tanto humores magis glutinosos & tenaces arguūt. Itaq3 uētositas & spuma urine nō cōcipit̄ in corpore nisi admodū pauca q̄ sicut grana milii parua ascēdētia & descēdētia cōspiciunt̄ ī urina & significāt opilatiōes. Ad sūmū urina spumosa p̄p uiscositatē humorum facit morbos lōgiores & graues p̄erti renū. Insup cōsiderāda est q̄ntitas urine cuius cā p̄ īquisitionē eorum a quibus augēt̄ & diminuit̄ colligit̄. Primū q̄dē urina fluxus lubrici uētris uomitus & sudor alter alteri īnicē detrahūt minuūtq3 urinā sitis tollerata fames labor febres ardētes & q̄cq̄d deniq3 ualde resoluit cū abstinētia potus p̄ter has causas modica urina significat debilitatē uirtutis & ydropisim sed plus cōsueto mīgere faciūt diuretica aperitiua uberior potus frigus diabetes que fit p̄pter ualidā renū attractiuā uel debilē & incōtinentiā uessice liquefactio humorū. Crisis malorū humorū qui per uias urine purgātur q̄ post digestionē maxime in egritudinibus colericis nūtiat sanitatē & q̄to

plus fuerit & magis spissa licet reprobo colore infecta nisi partes diuersarum qualitatum sint distincte tanto citius sanitatem restituit. Vrina que interdum pauca & quandoque multa mingitur indigestionem humorum laborem digestiue & debilitatem uirtutis demostrat. qui autem acutis morbis correpti cum plurima urina non conualescunt in spasmum ethicam uel consumptionem innati humoris incidunt. At urina que in acutis morbis guttatim mingitur preter uoluntatem neruorum/lesionem cerebri uel amentiam arguit. Macilenti qui diu mingunt urinam albam & crassam/concipiunt lapides in uessica: sed pigues plurimi patiuntur arenulam renumque dolores. Preterea urine infantium ad albedinem & ad qualitatem lactis uergunt: sed puerorum sunt crassiores & spissiores & facile a frigore corrumpuntur: sunt etiam minus flaue quam iuuenum quorum urine sunt mediocres in substantia & colore tenues fulue & clare. Senes uero magis tenuem urinam albam & frequentius mingere solent: sed propter expulsionem materierum interdum fit crassior. At urine mulierum sunt albiores crassiores & deformiores uirorum ob earum frigiditatem/debilitatem abundantiam excrementorum & amplitudinem meatuum per quos matrix totius corporis sentina purgatur urineque mulierum conquassate propter crassiciem minus quam uirorum miscentur suppremeque & infime partes magis turbantur quam medie: & in principio conceptionis quandoque in urina apparet color iris qui in processu paulatim permutatur & prope partum fit rubeus & urina magis densa & uelut turbida fusca sicut blodium cinerum mulieresque prope partum frequentius mingunt. Item ypostesis grauidarum in superficie natat uel in medio pendet & conspiciuntur sicut grana parua ascendentia & descendentia propter uentositatem. Vrina prima post coitum spermatis fila secum ducit: sic ubi uirorum & mulierum urine commiscentur illico fila inuicem contesta in eis apparent & quandoque minime partes pennarum uel minutissimi pili uidentur in urinis illorum qui in proxima cena comederunt uolucres suem uel eiusmodi preter predicta plurima sunt que alterant urinam & que colori & substantie aliquid adiiciunt ceu crocus qui facit urinam croceam/olera uiridem/cibi salsi nigram & uina & lac similem colorem urinis decernunt: coitusque facit piguem urinam. Itaque iuditium quod ex urina colligitur est anceps & sepe fallax sine aliis indiciis egritudinesque per solam inspectionem urine minime possunt cognosci: nam maius & rectius urine signum est ex substantia & colore que quidem ad cognoscendas digestiones potissimum obseruantur & plerumque oportet ad precedentes uel saltem adsequentes comparentur: in egritudinibusque frigidis urina potest esse tenuis & rubea propter opilationes dolores & alias causas & in calidis crassa & alba ut diximus ex ypostesi uero per motum uel conquassationem dissoluta & aliis urine signis admodum pauca colliguntur: accedit quod si hepar renes & uessica se bene haberent urina nihil mali aliis membris significaret licet paterentur: sola ergo urina nullam egritudinem determinatam significat sed presuponit noticiam aliorum signorum preter opinionem uulgi & ignorantium qui non admittunt medicum nisi per urinam omnia predicere sciat & tentant medicorum sufficientiam experiri cum urinis ostendendo unam pro alia aut uinum uel sirrupum acetosum & similia. Verum urina quanto proprior est tanto densior: sed liquores ob propinquitatem fiunt clariores. Decipiuntur ergo qui ostendunt urinam medico & nullam aliam egrorum noticiam referunt: sed medici ne conditionem

amittāt fingūt cognoscere urinā & referūt accidētia generalia quibus egri solēt con‑ muniter laborare: ut puta dicūt ꝙ eger grauiter laborat & ualde cōquerit dolore ca‑ pitis uel stomachi si febrē ppēdunt & sonnū amisit & gustū: & si est puer/ patit uer‑ mes/ mulier uitiū matricis/ & senes catarro molestant & cū eiusmodi extrahi aliqd uerbū ex ore ostendētis urinā ex quo aliquā egritudinis coniecturā facit. & legates medici premitūt aromatariū egroꝝ exploratorē qui postea annuit & refert medico que p urinā ignorātes credūt posse cognosci: sicut nuper fecit Amerie quidā medi‑ cus qui finxit se medicū. & familiaritatē cōtraxit cū quadā paupercula religiosa que solebat uisitare infirmos & prius omnia referebat medico qui fingebat eadē ex uri‑ na cognoscere & sic in breui maximū sibi creditū apud uulgus cōparauit: sed ubi fraꝰ eius fuit detecta statim aufugit: hic primus liber finit Deo gratias.

Oratio dominicalis.

Sancte pater noster qui rector es ethere mundi.
  Sanctificetur honos nomen opusqꝫ tuum.
Adueniat regnumqꝫ tuum: tua iusa sequamur.
  In terris homines: ut faciunt superi.
Da nobis hodie panem/ uictumqꝫ quotannis.
  Vt dimitto aliis debita parce mihi.
Ne nos inducas faciendum/ nec meditandum.
  Crimina: sed nobis omne repelle malum.

Salutatio uirginis Marie.

Salue sancta Dei genitrix/ cui Gabriel aue
  Dixit: & est sanctus spiritus alma tibi.
Sps hominum salue: superum gratissima salue.
  Gratia qua nobis omnis honesta uenit.
Sit dominus tecum quem tu benedicta creasti.
  Qui celum terras deniqꝫ cuncta regit.
Te precor hunc nobis pro peccatoribus ora.
  Det pacem/ miseret/ saluet/ opemqꝫ ferat.
Te duce post mortem celestia regna petamus.
  Suscipe me seruum Virgo benigna tuum.
Numine Virgo potens mundi reginaqꝫ cœli.
  Deuotis faueas qua potes ipsa tuis
Hunc tibi perpetuo comendo Maria libellum.
  Te precor exaudi uota precesqꝫ meas.

Clarus Apollinea Clemens Amerinus in arte.
In breue traduxit carmen utrasq; preces.

De febribus.

Febris dicta est a feruore caloris accidentalis accensi in corde qui cum spiritu & sanguine per arterias & uenas in totū corpus diffundit᷑ & ledit operationes naturales. Oritur.n. in corde & accendit᷑ a calore eius uel ab ea aíe potētia que est causa caloris naturalis & uterq; simul miscent᷑ & simul per corpus extēdunt᷑. Calor ergo naturalis & accidētalis sunt idē subiecto sed diferunt ratione causis materialibus effectibus uel operacionib9: nā alia est ratio & causa materialis caloris naturalis & alia accidētalis ille.n. bonis alit᷑ humoribus & ab innata cōplexione fouet᷑: hic a putredine uel malis qualitatib9 humoꝝ & mēbroꝝ ꝑcreat᷑. Amplius in febriētibus ratione caloris naturalis operationes naturales aliq̄ ex parte agunt᷑: sed ratione accidētalis & febris / īpediunt᷑ magis & minus secundū magnitudinē uel malitiā febris & diminutionē caloris naturalis. Totū aūt corpus est generale subiectū adequatū quia febris est passio totiꝰ corporis: licet īterdū propter īpedimēta obstātiū humoꝝ & frigiditatē eoꝝ febris calor nō possit per oēs corporis partes transire sicut in lipparia / empiala & orripilationibꝰ rigidis. Sed cor est officina oīum febriū nam ab eius calore tāq̄ a causa agente oīs febris generat᷑: primū aūt distingunt᷑ febres secundū tria genera subiectoꝝ particulariū & diuersaꝝ materieꝝ ex q̄bus oīs febris generat᷑: nam si febris primo generat᷑ ex spiritu: dicit᷑ effimera / si ex humoribus nuncupat᷑ humoralis / ex mēbris uero appelat᷑ ethica febrisq; denominat᷑ ab eo quod primū accēdit᷑ & calefacit reliqua: unde febriēs calēti balneo uel olle aqua plene pōt recte cōparari posito ꝙ mēbra sint sicut olla uel parietes balnei & aqua sicut humores & spūs se habeat sicut aer circūstans. Quādoq; ergo priꝰ inflāmat᷑ aer qui postea calefacit aquam & ollam sicut quādo inflanmatur prius spiritus & postea reliquum corpus & facit febrem effimeram que per spātiū uniꝰ diei dūtaxat durat. Interdū uero prius inflāmant᷑ humores quoꝝ cā totū corpus febrit & nominat᷑ febris humoralis: sicut qn̄ aqua prius calet & postea calefacit aerē & ollā. Vbi uero mēbra sicut olla prius inflāmarētur q̄ reliqua cōstituerēt ethicā que potest sequi effimerā & humoralē: sed ethica nunq̄ mutatur in illas nec humoralis in effimerā: sed econuerso frequenter accidit. Rursus humores non solum propter putredinem sed propter augumentum & calorē possunt facere febres que in quattuor species diuiduntur. Colera enim tertianam: sanguis continuam: flegma quotidianam & melancolia quartanam decernit. Qualiter uero & in quas species effimera & ethica diuidatur in propriis capitulis inferius explicabimus: facilius autem febribus corripiuntur corpora calida que facili ratione inflanmantur Sicca quidem in effimeram uel ethicam: sed humida in putridas febres frequentiꝰ incidunt quorum sudor urina & alia excremēta sunt fetidiora. At corpora frigida raro febricitāt: rarissime uero que ad cōplexionē magis temperatā accedunt.

De temporibus obseruandis in quibus egritudines crescūt uel decrescūt.

q Vamuis egritudines oēs crescāt cōsistant uel decrinēt: tamen medici pri/cipiū ab augumento recte distinxere: nam in pricipio nōdū sunt lese operationes/ sed incipiūt declinare corpusq; aliter se hebere insinuat q̄ cōsueuit: tunc.n. eger ueluti laborib9 fessus in bracchiis lascitudinē & genibus sentit eiusq; animus inerti pigritia languet & molesta est sibi ambulatio & loquela: urine aūt adhuc pristinū colorem & substantiā retinet sed amittit ypostasim & nullā sequestrat: omnino qdem pricipiū breue est etiā in morbis cronicis & breuissimū in acutis. Augumētū uero est lōge plixi9 & in eo calor nautralis pro uiribus morbo resistit & secū pugnat/ cōtra intāt mali humores & morb9 cū malis qualitatibus que cōtiue crescūt: urina & humores a naturali dispositione mutant̄ & qn̄q; attenuant̄: sed plerunq; fiūt crassiores: calor/ sitis/ inquietudo/ uigilie & dolores crescūt accidētiaq; cōtinue grauiora emergūt: nam calor naturalis & accidētalis mixt9 qui in principio uidebat̄ suffocari in augumēto expandit̄ excitatus & urina secundū qualitatē humoꝝ idigesta & colorata. Verūtamē quāto egritudo est breuior & magis salubris tāto citius in augumēto icipiūt apparere signa digestionis & urina crassa attenuat̄ uel ecōtra & incipit seq̄strare ypostasim laudabilē: & q̄uis in primo parosismo uel in febre que unicū habet parosismū eiusmodi signa digestiōis appareāt omnino tamen illa febris habet principiū/ augumentū/ statū/ & declinationem sicut effimera. In augumēto uero egritudinis cronice/ urina diuti9 pseuerat rudis idigesta: sed mortalis est deterior in substantia & colore & qn̄q; facit ypostasim ual de cōtrariā naturali. Deniq; febris cū suis accidētibus usq; ad statū auget̄: uerū si uicit natura signa que diximus digestionis cōtinue meliora: si uero succūbat cōtinue deteriora apparēt & maxime in statu in quo agit̄ ultimū nature & morbi certamen quousq; alteruincat & tūc eger maxime laborat estuat & cōquerit̄: sed euasuri huiusmodi accidētib9 minus urgent̄ & urina apparet manifesta signa digestionis & salutis: de cōtrariis uero desperandū est presertim ubi eger ualde cōflictat̄ uel supinus iacet porrectis manib9 & pedibus/ deorsumq; ad pedes subinde delabit̄ uel nares habet acutas tēpora collapsa/ occulos cōcauos/ frigidas & lāguidas aures aut delirat floccosq; colligere tētat uel in adiūcto pariete siqua minuta eminēt carpit nam eiusmodi ad ultima iā deuētū esse testant̄. Verūtamē note mortis & salutis in morbis acutis sepe sunt fallaces: si uero ante finē status eger nō moritur: in declinatione postmodū cōualescit nisi accidat error uel pperā regat̄ nam uictrix natura tunc malis humorib9 forti9 dominat̄ malitiā qualitatū cōpescit & morbū deniq; supat excremēta sudore urina uel p fluxū expellit & maloꝝ reliquias discutit/ urina & opationes naturales in pristinā dispositionē reducunt̄. Sic itaq; ex dificultate digestionis lōgitudo & ex maltiia febris periculū colligit̄ frigidi aūt humores & uiscosi dificili9 digerūt̄ & faciūt egritudinē longā: sed humores calidi ꝑcociter digerunt̄ & abreuiāt morbū: malitia uero q̄litatū & humoꝝ tā calidoꝝ q̄ frigidoꝝ facit egritudinem grauem & periculosam cum seuioribus accidentibus. Vrine quidem egestiones sputa & cetera excrementa quanto magis sunt naturalia tanto magis digesta habentur: econtra/ sputum salsum amarum acutum uel uiscosum quod dificile

expuit & urina rubea/alba/crassa/uel nimis tenuis egestionesq durissime uel nimis fluide supflue/fetidissime/uel malorum colorum aut glutinose & similia: arguūt indigestioné. Accidētia quoq indigestioné & caloré intollerabilé cōcomitant: cū aūt in declinatione mali humores sint digesti accidētia mitescūt & egri incipiūt conualere: sed in augumento & statu oīa mala crescūt & perituri decedūt: quamuis autem principiū & status sint plerūq breuiora augumēto & declinatione tamen interdum sunt equalia & quandoq prolixiora & alterū altero se excedūt maxime propter regiminis & cure diuersitaté: & quandoq ut dixi duo tria & quattuor pdicta tempora in eodé die & parosismo cōsumunt: econtra interdū solū augumentū est longius anno. Eadé quatuor tēpora singulis accessionibus quas parosismos uocamus reperiunt: & principiū parosismi est quando eger caloré pariter & coloré & uires amittit fessusq inerti pigritia detinet/alget/animus lāguet/frequenter oscitat/lacertos extendit/aures tinditibus & sibilis obtundunt ob crebros ictus quibus arterie temporū pulsant/refugit spiritus a malitia morbi oppressus/pulsus supprimit dolor in capite/stomaco nel renibus insinuat & mali humores de loco ad locū mouentur & ad putrediné alterant. In augumento uero sedato frigore calor/sitis īquietudo una cū putredine crescit/pulsusq in magnitudine & uelocitate auget: sed cū peruētum est ad statum eger grauissimis accidentibus cōflictat: postea in declinatione parosismus cum sudore finit uel putredinis uapores īsensibiliter resoluunt & pulsus ad pristinū ordinem fere reuertitur & accidentia sedantur.

De generali curatione morborum.

q Vecunq in curatione egrorum sunt necessaria omnisq cura & remediū ad duo genera reducuntur scilicet ad regimen uite quod dietam appellāt & medicinam. Rursus medicina in physicam & cyrugiam diuiditur. Cyrugia auté operatione manuali agit circa uulnera/uulcera/apostemata fracturas flobotomiā & similia: sed physica cōsiderat morbos & causas & utrisq opportunis remediis medet. At dieta que est regimen uite & que est maxime necessaria nonmō egris sed sanis: cūplectit sex illa genera rerum a quibus continue alteramur eademq eligit & exhibet secūdum quantitaté & qualitaté necessariā & tēporis opportunitaté metit: & sunt cibus & potus/sonnus & uigilia: motus & quies: euacuatio & repletio: aer & passiones animi. Cibus ergo & potus debet esse in qualitatibus temperatus/nisi egritudo aliter postulet/parcus in plenitudine in euacuatione plenior delicatus/suauis/& facilis digestionis. Ité motus laboriosus/querimonia & agitatio īpatientiū qui hic inde in thoro reuolunt & qui īpatiēter uexantur laboriose anhelāt & fortiter cōquerunt ut solēt facere mulieres que uolūt uideri grauius egrotare: huiusmodi inq motus laboriosi ualde nocēt febribus quia desiccāt & qes humectat: sed sanis exercitiū tempatū usq ad pricipiū sudoris est salubre & sanitaté cōseruat: similiter rōe siccitatis noctes īsōnes & lōge uigilie resoluūt/debilitāt & ledunt

cõtra sonnus mediocris quietus iuuat & mitigat anxietatẽ & inquietudinẽ: sed sonnus laboriosus tumultuosus uel ꝓfundus minime expgescibilis est mortalis. Aer quo degimus & spirãdo uescimur si fuerit tempatus/ serenus/ & absq; malitia sincerus/ salubris est. Contra uentosus/ nubilus/ pluiosus/ fetidus/ corruptus uel pestilens/ grauis est & nocuus. Passiones quoq; animi alterant egritudinẽ. Nam imaginatio quandoq; facit casum teste Auicenna & Galienus de motibus liquidis ait: ꝙ qui inspiciunt maculatos oculos corripiunt̃ ea caliginosa turbatione quam uulgares iectatã appellãt. Et sicut timor & pusillanimitas deterit morbũ & melancolicũ ꝑficit sic spes fortitudo animi & laboris tollerãtia/ superãt egritudinẽ: ut sentit Galienus in libro de exercitio: similiter ĩpatientes qui facile excandescũt & succendũt̃ grauius laborãt. Animus ergo pacatus & fortis aduerse ualitudini auxilia prebet. Pone metũ tristes depelle e pectore curas. Fac tantũ cupias sponteq; sanus eris. Euacuatio aũt & plenitudo paulatim ad mediocritatẽ reducant̃ quoniam natura non tollerat repentinas neq; maximas alterationes. Ex predictis colligi põt ꝙ Cyrugie opus est physica & regimine uite: sed physica indiget tantũ dieta. At dieta neutra illaꝝ indiget sed sola põt ab initio morbis recte mederi & sanitatem conseruat: docet enim uitare nocua & extrema uitiosa & moderate uti salubribus. Cibus aũt parũ deterioris substantie & qualitatis quem infirmus magis appetit omnino melior est in parua quantitate q̃ cibus melioris nutrimẽti & qualitatis quem ĩfirmus fastidit & abhorret. Dandũ est enim aliquid gustui etati & consuetudini: sed potissimũ habenda est ratio egritudini & recto regimini.

De quantitate ciborum.

ALendi sunt infirmi quotidie minori cibo a principio usq; ad statũ: ꝑinde quottidie pleniori usq; ad pristinam sanitatẽ. Ita ꝙ quanto eger magis laborat tanto minus comedat: & quanto magis conualescit tanto ampliori cibo reficiat̃. Exhibendus est enim in augumento modicus cibus & minor in statu ne natura circa digestionẽ pluris nutrimẽti occupet̃ & ne ab opugnatione morbi diuertat̃ & sinat ipsum ĩualescere. Accidit ꝙ uirtus digestiua ob malitiam febris infirma pauca admodũ digerere potest: que aũt non digerunt̃ q̃ grauia sunt corpori & facile corrũpunt̃ & augent malos humores & febrem. Quãobrem quanto plus egri comedũt crescente morbo: tãto magis ledunt̃: nõ ergo plus comedant q̃ quanto possint usq; ad statũ cõseruari & recedendũ est a consueto cibo uniformiter ad parciorem usq; ad statũ quem in declinatione una cum sanitate pariformiter resumat. Qui uero ab initio ieiunant aut parum comedũt incidũt in magnũ errorẽ & periculũ: nã si egritudo durat & nolunt ad sufficiẽtiã comedere utiq; ante statũ ob debilitatẽ pereũt. Si uero in augumẽto & statu amplius comedũt cibꝰ egre digerit̃ & sic egritudo inualescit. Omnino tñ semp tollerabilius est aliquãto plus comedere q̃ minus eo quo indiget natura. Verũ hac tempestate dificilimũ est

ditare infirmos secũdũ q̄ oportet: qm̃ incõtinẽtes sunt omnes fere ꝓpter cõsuetudi nem neq̄ sui iuris: sed comedũt secũdum appetitũ & gustũ uel maxime secũdum q̄ possunt. Preterea habenda est ratio etati/tempori consuetudini uel nature: nam se nes facilius tollerant ieiuniũ: pueri nequaq̄ sed frequẽtius comedũt. Iuuenes uero utrorunq̄ mediocritatẽ tenẽt. Item in hyeme plenius & rarius. Sed in estate parciꝰ & frequentius comedit̃ nã in hyeme stomaci & p̃cordia sunt calidiora q̃ in estate ĩ qua calor naturalis magis resoluit̃: omnino autem plurimi comedũt secundũ eoꝝ consuetudinem & ingluiem tam iuuenes q̃ senes qñ sunt sani: sed infirmi minime comedere possunt. Si igit̃ uolumus deitare infirmũ secũdũ necessitatẽ & indigen tiam nature oportet recta ratione partiri cibũ secundũ proportionẽ egritudinis lõ ge uel breuis. Itaq̄ primo inuestigãdum est per omnem ĩquisitionis modum a cũ men morbi siue status q̃ procul ab initio distet. Colligit̃ aũt breuitas uel prolixi tas egritudinis potissimũ ex sui generis natura: nam acute egritudines in quatuor dicim diebus terminant̃ uel ante mensem: que sunt minus acute acutiores uero in septima/& acutissime in quarta die finiũt. Sed eronice ultra mensem uel plures & qñq̄ annũ durant. Accelerãt aũt acumen & statum egritudines calide & humores acuti colerici & tenues: similiter iuuentus/estas/breues parosismoꝝ accessiones & que sine rigoribus & frigore incoant & que anticipant uirtus debilitata: pulsus ue lox frequens & magnus & augumentũ properantiũ parosismorũ: multitudo & ue hementia accidẽtiũ/fluxus sanguinis nariũ sudor & fusa aluus que q̄dem excramẽ ta si in sequentibus parosismis proffuse exuberant: censendũ est ratione multoruꝫ humoꝝ morbũ fore prolixiorem: precocia etiã signa cõcottionis & cruditatis si gnificãt propinquitatem status: omnino autẽ in acutis morbis qñ sequentes paro sismi sunt uehementiores precedentibus: egritudo crescit & qñ sunt leuiores decli nat. In cronicis uero qñq̄ unus uel duo parosismi seq̃ẽtes sunt minores & tamen febres auget̃ hoꝝ uero opposita faciunt tardiorem statum & longiorẽ morbũ: ut puta hyems senectus egritudo frigida/humores crassi uiscosi tenaces & melancoli ci equales parosismi qui pares accessiones seruant & qui sine sudore finiũt aut ubi sudor est tantum in capite uel pectore: sed sudor in qua uis parte corporis frigidꝰ nisi sit prope mortem significat egritudinẽ long ã. Ad summũ egritudines coleri ce solẽt eẽ breues & sãguinee breuiores: sed flegmatice lõge & melãcolice lõgissime.

De febre effimera.

CVm sint tria genera febrium: primũ de effimera loquemur que alias prece dit prontiusq̄ accendit̃ quia in spiritu sita est. Spiritus aũt a causa primici ĩ qua omnis ĩflãmat̃/uerbi gratia/spiritus uitalis qui est in corde accenditur ira & furore. Sed animalis qui est in cerebro & naturalis qui est in hepate exagitant̃ ex nimio exercitio & labore uel solis ardore qualitate uel quãtitate cibo rum & eiusmodi & pars eius recurrit ad cor & ibi inflamata accendit reliquum & fit

prius potest animalis q̃ uitalis in corde accẽdi: sed statĩ alter altero inflãmãt. Cũ igitur ob aliquã causam spiritus primo accẽditur generat febrẽ effimerã que diem dumtaxat durat: nã effimera grece/ latine opus unius diei interp̃tatur. Sed quibusdam uisum est ꝙ effimera dicatur ab effimero pisce qui eodẽ die sicut cicada nascit & moritur: effimere aũt non aliter distiguũtur in cura nisi secũdum causas primitiuas a quibus dependẽt & quibus remotis sedãtur. ceu sunt maxime alterationes uiolente repentine inconsute/ uel intollerabiles laboresfuror/ ira/ timor/ angustia/ dolor/ fastidium/ diuturna uigilia/ fames/ repletio/ crapula/ ebrietas/ cibi calidi/ frequens coitus uomice uulnera uulcera opilatio scabies calor uel frigus intollerabile & eiusmodi. Qui igitur effimera laborant ceperũt febrire sine rigore frigore & horripilatione & calor eius mitis est absq; mordicatione & punctione & pulsus est maior uelocior & frequentior: urinaq; rubet leuis est uix percipitur & ante uiginti quatuor horas sedatur nisi in humoralem uel ethicam cõuertatur que sunt magis timẽde & oportunis remediis prouideatur: primũ igitur tolle causas primitiuas & cõtrariis occurras: & si times humoralẽ precipe partiorẽ dietam & cũ clisteribus uel farmãtiis minue: materiã ethicam uero uitabis cũ rebus humidis & modicum frigidis & cibis delicatis & restauratiuis: sed quoniã eiusmodi febres effimere sunt leuissime & sponte sanãtur & medici non uocantur in earum curationẽ ideo me breuius expediui & de aliis prosequar.

De malis humoribus putredine et causis eorum.

Febris putrida dicta est a putredine humorũ qui pluribꝰ de causis possunt putrefieri sed maxime propter malos cibos & qualitates cõplexioni contrarias: primo quidem mali cibi gignut malos humores: ut critulli cerasia & oẽs fere fructus presertim mala faciũt senguinẽ malũ & aquosum & eoꝝ succus sicut mustũ in corpore buliũt: legumina faciũt sanguinẽ crassum/ pastilli & lasagne uiscosum: olera sunt pauci nutrimenti/ generãt plurima excremẽta & inflant: crapule replent: at cibi dure digestionis egre in stomaco coqunt: mala deniq; nutrimenta generant malos humores & febres uel alios morbos. Sed cibi calidi cõplexio & calor immoderatus faciũt sanguinẽ colericũ acutũ & cibos facilis digestionis in colerã cõuertunt. Nimis uero frigida gignũt flegma crudũ glutinosos humores & opilationes. Infirma etiam digestiua calor naturalis diminutus & relique anime potentie debiles ad digerẽdum & dispẽsandũ laborant. Itaq; eiusmodi cause & quicquid preter modũ cõsuetudinis agit generãt & corrũpũt malos humores et possunt esse causa febriũ/ utputa exercitiũ laboriosum cibi male cõditi uel extra cõsuetudinis horã aut p̃postero ordine comesti/ p̃termissa purgatio cõsueta/ Emoroydes et menstrua supressa/ ira/ indignatio/ noctes insõnoes/ uentus aer infectus nubilus uel pluuiosus/ potus et ablutio aque frigide presertim ex labore sudãtibus in febresq; maxime incidunt/ qui ob laborem sudantes in loco humido frigi

sedãt & quicquid opilationes inducit causat febrẽ que nõ accendunt nisi propter prohibitam uapoꝝ transpirationẽ. hac etiã ratione corpora repleta magis patent febribus quoniam in eis mali humores indigesti subsistẽdo claudũt poros ex quibus solent discuti uapores. Radii quoqꝫ solis & Lune replẽt uaporibus caput & catarris infestant insueti sub diuo expositi nam facile egrotãt qui humide noctis serenitatẽ preter cõsuetudinẽ excipiũt. Putridi autẽ humores aut sunt in toto corpore aut aliqua eius parte cõnstituti plurimũ uero cõgregant ubi maxime gignunt ceu flegma in stomaco/melancolia in splene/colera & sanguis in hepate maxime si membrũ illud est ob aliquã causam debile. Natura enim semp promptius ad loca infirma nocuos transmittit humores ut accidit in apostematib9: ubi uero mali humores & uapores cõfluũt ad cor decernũt iniquitatẽ angustiã & sinco piprecipue si sunt plurimi & maligni si repunt ad cerebrũ inducũt capitis dolorẽ. Verũ uapores sanguinei sunt tenues mites & leues: colerici uero acuti & seui qui tollunt sonnum decernũt maximos dolores & multos ad reddũt qui resipiũt quando sedatur parosismus uapores aũt qui sursum eleuantur quandoqꝫ apostemant cerebrum & inducunt iusaniã & febrẽ continuam: humores flegmatici sunt uiscosi & dure digestionis faciunt opilationes egritudines longas & dolores stomaci eorũ uero uapores nõ eleuantur ad caput nisi cũ colericis uel aliis mixti. At uapores melãcolici graues sunt & atri puluerulenti quoꝝ causa senes perituri plurimi frenetici moriũtur Sunt aũt species humorũ quatuor & totidẽ febriũ humoraliũ. Sanguis. n. mal9 facit febrem sanguineã cõtinuã: flegma flegmaticam quotidianam. Colera/tercianã & melancolia quartanã decernit: humores aũt possunt in uenis & extra putrescere preter sanguinẽ qui uero putrẽt in uenis faciũt febrẽ continuã & extra periodicã siue interpolatam que habet alterna afflictionis & quietis interualla. Omnino tamẽ febres cõtiue preter sanguineã suscipiũt incrementũ & decremẽtum secundum proportionem aliorum humorum & sanguinis: unde ratione sanguinis febris est continua & uniformis: sed ratione flegmatis est quottidiana interpollata & colera alternis diebus putret & affligit: sed retione melancolie tam in uenis q̃ extra est quartana uerumtamen quia in uenis semper est maior portio sanguinis q̃ aliorum humorũ & quia mali humores qui sunt in uenis putredo eorum & calor facilius per totum corpus expanduntur ideo febres eorum sunt magis continue q̃ quaꝝ humores putrent extra uenas. Amplius humores qui putrent in uenis maioribus & cordi propinquius faciũt uehemẽtiorem febrem & magis cõtinuã & in eis alterationes quas diximus minus pcipiuntur: preterea febres humorum qui sunt in uenis/sunt cõtinue quia calor in uenis clausus minus exaltat & humores in uenis cõtinuantur & quod tangitur a putrido facilius putrescit & calor eorum per uenas facile decurrit & per totum corpus expanditur. secus est de humoribus quos natura extra uenas nocituras transmittit qui paulatim cõgregantur & a mala complexione ad corruptionem disponuntur donec secundum eorum proprietatem in cõstituto temporis periodo putrescunt & tunc exacerbatio parosismi uehemẽtius affligit & remittitur paulatim sicut desinit uel consumitur & resoluitur putredo deinde iterum ex mine

ra generãtur alii mali humores preparãtur & corrumpũtur ut prius totiens quotiens parosismi reuertuntur. Verũtamen ex eadẽ & diuersa minera quãdoq; fluunt humores crassiores & tenuiores multi & q̃nq; modici propter diuersitatẽ regiminis & ꝓpterea in quattuor temporibus parosismi nõ semp exacte seruãt ordinẽ quem diximus. sed interdũ febris erit in augumẽto & tamen unus uel duo parosismi sequẽtes erunt minores precedẽtibus ecõtra põt accidere in declinatione. In processu igitur parosismi in quantitate & qualitate crescũt aut ordinẽ peruertũt ob multitudinẽ uel malitiã humoris eiusdẽ speciei uel alterius uel propter dolorẽ uel debilitatem uirtutis & fiunt longiores ꝓpter crassitudinẽ uiscositatẽ multitudinẽ grauitatẽ uel duritiẽ humorũ & opilationes: sed sunt breuiores magis rari & leues quia materia modica est aut quia serius ad locũ putredinis fluit ꝓpter crassitiẽ uel quia facilius digeritur & resoluitur. Contra parosismi celerius & frequentius reuertũtur ꝓpter copiã flegmatis: sed flegma tenue & modicũ facit parosismos leuiores & raros ut colera: flegma uero uitreũ/ decernit parosismos raros/ lõgos & graues. Preterea febres possunt uariis modis cõponi ꝓpter diuersitatẽ humorũ ut emitritei: nã interdũ putrẽt humores eiusdẽ uel diuerse speciei In diuersis corporis partibꝰ simul uel alternatim aut partĩ in uenis & partim extra ita q̃ admodũ dificile est discernere an febres sint cõtinue interpolate simplices uel cõposite nec semp parosismi certũ humorẽ demonstrant & multo minus qui nullũ ordinẽ seruãt: sed in uenis humores sunt magis mixti & omnes quattuor in febribus cõtinuis aliqua ex parte corrũpuntur semp tamẽ plus sanguinis: & ꝓpterea flobotomia est peculiare remediũ febris cõtinue & una cũ sanguine in estate & iuuenibus solet excelere colera & in hyeme & senibus flegma. In autũmno uero melãcolia. Item q̃ndoq; ꝑmutãtur febres & humores nã sepe uidemus q̃ in primis diebus febris est sanguinea & postea sanguis putridus cõuertitur in colerã nel melancoliã & fit tertiana uel quartana. Rursus sanguinea & colerica que non sanãtur ante quatuordicim dies solent cõuerti in flegmaticas ꝓpter calorẽ sitim inquietudinẽ insonnes uigilias & dolores que ꝓsternũt uirtutem & debilitãt digestiuã & sic eger cõcoquitur cibus & generatur flegma/ febres aut cõtinue incipiũt cum calore sed interpolate cũ horripilatione frigore uel rigore & causa est quia humores mali q̃n periodice de loco ad locũ mouẽtur siue extra uenas expellãtur sue natura tam q̃ nocuos & putrescẽtes alio delicãt: cõtinuo ipsa mẽbra horrescũt & rigẽt ꝓpter malã humorũ qualitatẽ cõplexioni cõtrariã: sed priꝰ dũ in proprio loco quiescũt illorũ qualitas cũ cõplexione membrorũ propter mutuã reflactionẽ se inuicem melius compatiũtur. Est autem horripilatio mordicatio sue punctio mali humoris colerici ad circũferẽtiã & cutim expulsi & iccirco quando insinuãt parosismi colerici ꝑcipitur in cute sicut crebra punctio acuum & fit asincera colera & precedit languida corporis lassitudo & ĩertia. Rigor uero est tremor & agitatio membrorũ ĩuolũtaria producta a fortitudine uirtutis expulsiue & duritie humorum: nam quanto uirtus expulsiua est magis ualida & humor expellẽdus tenatior tanto mẽbra uehemẽtiori rigoris tremore cõquatiũtur. Tremor aũt inducitur ab humore frigido flegmatico uel melãcolico & q̃nq; ab aere frigido cibis uel alia

re gelida: sed in febrib9 fit maius propter debilitaté uirtutis. Interdū etiā accidit tre/mor propter timoré & quandoq3 propter reuocationé caloris naturalis in centrum ad cibum digerendum ut debilibus solet post cibū euenire. Itaq3 rigor cum horri pilatione cōiuctus colerā flegmaticā. sed cū frigore flegma uel melācoliā sign. fi. at horripilatio igit rigor & frigus non est febris sed accidūt propter motum humoꝝ Febres ergo non incipiūt ab eis nisi quādo humores putrescibiles sunt extra uenas ubi aūt partim essent in uenis & partim extra prius putrefiunt qui sunt extra & po stea qui sunt in uenis & tūc febris est cōtinua & tn̄ icipit cū rigore uel horripilatiōe ecōtra febres ĩterpolate qn̄q3 ĩcipiūt sine rigore & horripilatiōe utputa qn̄ humores sūt mites & faciles & eoꝝ q̄litates cōtrarie possūt tollerari & illoꝝ febres sūt leuiores & citius sanant: plerumq3 tamen febres interpolate solent incipere cū horripilatio ne uel frigore & finire cū sudore in quem conuertitur & resoluit humiditas & pu/tredo humoꝝ aut insensibiliter exalant aut propter opilationes retinent: febres au tem cōtinue quoꝝ humores sunt in uenis non incipiūt cū horripilatione neq3 fri/gore quia cōtinent in uenis & sunt calidiores humores nec faciūt sudoré quia pu/trida humiditas ob duritiem & densam testurā uenaꝝ nō potest exire neq3 per su/doré resolui. Quandoq3 autem in febribus cōtinuis materia extra uenas excutit & prestat frigidos rigores & sedat febris si tota materia exit: ubi uero ꝓpter copiam & incremētū regurgitaret febris deterius cresceret. Omnino aūt febres cōtinue sunt deteriores maxime quarū putredo est in toto corpore uel in partibus cordi propin quis cōstituta & in senibus febres continue solent esse acute & mortales: latét enim & parū exterius percipiunt & ꝓpterea appellant febres latice & sepulte: sed incen siue sunt deteriores & raro eis laborāt propter frigidā cōplexioné: senesq3 morbis calidis nō nisi ob maximam causam corripiūt & plerumq3 occidūt cōtra iuuenib9 egritudines frigide sunt magis periculose. Vlterius sciendū est ꝙ iuuentus & san/gūinis copia superans faciūt pulsū maioré: sed insonnes uigilie/dolor & inedia fre quentem & spissum. Apostemata uero calida duriorem precipue si in membro du/ro & neruoso aut ex siccis humoribus oriunt: pulsum sane leuem facit materia hu mida flegmatica apostemata hepatis pulmonis cerebri & membroꝝ moliū. In pri/cipiis quidé parosismorū pulsus est magis profundus uelut submersus ut dixim9 quia spiritus refugit in centrū & partim suffocat ab humoribus: indicāt aūt aduer sam ualitudiné ubi operationes naturales incipiūt aliter se habere q̄ cōsueuerūt: ut/puta ubi quis non gustat nec appetit edere uel nequit expleri saturitaté aut grauio/ra mēbra & fessa sentit absq3 precedēti labore & causa manifesta aut non dormit uel si dormit horréda sonnia cernit timidusq3 & fessus expergiscit eque malum signū est si nimiū dormit: uel si coloré & decoré amittit aut cōtristat uel sine causa secum irascit & animus languet uel ubi aluus suppressa aut nimium fusa est corpusq3 ma crescit & quicquid deniq3 a potentiis anime preter naturam/cōsuetudiné & uolūta/tem agit aduersam ualitudiné minat: gignunt aūt putridas febres mali humores qui ꝓcreātur ex malis cibis & repletione & nūtiant febres uires diminute lessitudo

corporis grauis membrorũ cõfractio ĩsolita inertia uel furiosa libidinis cõcupiscentia & maxime insolita coitus impotẽtia frequentes oscitationes membrorũ extẽsiones quas alices uocãt / pulsationes temporũ & arteriarũ in mẽbris nõ cõsuetis difficultas anelitus aut ubi quis frequentius respirat propter refrigerationis necessitatẽ & mũdificationis uicissitudinẽ. Sed diuersitas pulsus est propriũ & maximũ signũ putride febris & accessionum incrementa calor feruidus & intollerabilis malitia seuorũ accidentiũ: ceu inquietudo / estus / arida sitis / dolores capitis / stomachi uel dorsi & eiusmodi.

De diferentiis febrium.

Febres periodice suas habẽt accessiones lucidis interuallis distinctas & plerumq̧ incipiũt rigoribus & finiũt. sudore: sed febres cõtinue q̃uis aliquid incremẽti & decremẽti suscipiant / semp tamen affligũt: humores aũt ut diximus ex innata proprietate & secũdum propriũ periodũ ad putredinem mouent̃. Colera enim in febribus interpolatis alternis diebus putret: similiter in cõtinuis sed nõ percipit̃ alteratio nisi parosismorũ status & multo minus percipiũtur quietes colere aduste que putret in uenis & facit febrẽ incẽsiuã que assiduo semper ardore eque cõtinuat declinatq̧ longe serius q̃ augeat̃: febris uero sanguinea licet semp maximo caloris ardore estuet leuis tamen est & absq̧ mordicatione & sine accessionũ distintione sed in primis quattuor diebus uniformiter fere auget̃ & status culmen ascendit in quo diutius q̃ in reliquis tẽporibꝰ cõsistit postea fluxu sanguinis nariũ solet curari. At febris flegmatica graui frigore icipit & leui calore quotidie periodicat nec a corpore se penitus absoluit sed aliqua ex parte remanet ualde ꝑplixa est maxime in augumẽto ob copiã uiscositatẽ flegmatis & dificultatẽ digestionis & est deterior reliqs propter breues & modicas qetes & maxime qa gustũ adimit & infert graues stomaci passiones & q̃nq; defectiones animi decernit. Verũtamen qñ flegma leuioribꝰ humoribus cõmiscet̃ facit mitiores parosismos & citius curat̃: flegmatica aũt cõtinua similis est ethice sed habet pulsuꝫ leuiorẽ: demũ flegmatica ꝑfluuio uẽtris uel uomitu solet sanari. Quartana aũt est oĩum lõgissima ob terrestrẽ tenacis humoris grauitatẽ q̃ q̃to a simpliciori humore depẽdet tãto ꝑplixior est freqũeter tñ infra annũ terminat̃ maxime q̃ in estate incipit: q̃ uero in hyeme diutiꝰ durat salubris sane est & neminẽ iterimit nisi forte mali regiminis cã uel alteriꝰ morbi occasione: solet cõcomitari leuibꝰ accidẽtibꝰ & alternis uicibus lõga qete restaurat̃: sed q patiunt̃ eam propter longitudinis tediũ remedia cõtendunt & sespe tandem fortuitu liberantur:

De causis & malis accidentibus.

Colligitur essentia febris per iquisitionẽ causarũ & accidẽtium scilicet ex cibis / aere / tempore / animi cumplexione & etate: similiter ab exeuntibus excremẽtis egestiõe ex urina / uomitu / sudore & fluxu ex qualitatibus caloris & frigoris ex dispositionibus parosismorum ex pulsu anhelitu / ex iquietu

dine doloribus capitis stomachi dorsi uel uentris ex appetitu siti uigilia uel sonno que si omnia diligenti fuerit inquisitionis ratione collecta facile curatur. Primo quidem mali cibi gignũt humores malos & secundũ eorũ qualitatẽ & malitiã alterãt cõplexionẽ inficiũt corpus & hebetãt ingeniũ: nam ex nutrimẽtis sanguis & ex sanguine spiritus generatur: sanitas ergo corporis & mentis bonis cibis & parcis potissimũ conseruatur & pficitur. Aer quoq; plurimũ ualet & inmutat nostra corpora nam eo degimus & spirãdo uescimur. eligatur ergo clarus tempatus & salubris & uitetur nubilus infectus pestilens pluuia & uentus. Qui sunt coplexionis calide Iuuenes & in estate raro nisi in morbos calidos incidũt: sic qui sunt cõplexionis frigide & senes in yeme propter similitudinis cõformitatem frigidis morbis facile corripiũtur. Vtriq; tamen facile curantur: cõtra plures pereũt qui morbos tempori etati uel cõplexioni cõtrarios patiuntur quoniã nõ nisi a causis ualde cõtrariis & potẽtissimis succũbunt & maxime quia assueti assuetos labores insuetis facilius ferũt ũde qui diu sani uixere qñ egrotant plures moriũtur. Vere quidẽ saluberrimũ est sed qñq; efficitur noxiũ cũ malis cibis quatragesime pluuiis & uentis. Autumnꝰ uero decernit plurimos & magis mortales morbos: quoniã corpora que in pcedenti estate & subinde meridionalibus caloribus relaxata sunt ac pomis & fructibus repleta in autũmno postea uentorũ & pluuiarũ frigora intẽpestiue excipiũt cutis magis spissa uel densa efficitur claudũtur pori & sic uapores non possunt exalare sed feruẽt intus & corrũpiũtur humores. Et ut eo tempore id maxime fit sic qñcunq; uenti nubila pluuie frigora humettantia uel alie male aeris qualitates accidũt decernũt corporibus humanis multas & graues egritudines. Contra tempora serena semp sunt salubria Qualitates excrementorũ significãt superantẽ humorem: sed quantitas creticã morbi uel nature uictoriã ex urina colligitur cõcoctionis digestio & ea que in propriis capitulis diximus: urina autem in qua materie uelut farina furmenti natãt similiter puluerulenta fetida grossa uel nigra in adultis & aquosa ĩ pueris significat morbũ mortalẽ: sed egestiones quanto sunt magis naturales/ tanto maiorẽ spem salutis pollicentur. sunt aũt naturales melli spisso similes in coolre eq̃litate & duritie. Vomitus accidit propter copiam uel malitiam humorũ uel ciborũ qui sunt graues stomaco uel propter creticã expulsionem uel debilitatẽ uirtutis cõtẽtiue. Item singultꝰ exinanitione est mortalis inanitio aũt sequitur maciem aridã corporis extenuationem longas egritudines & plurimã purgationem fluxus cum fortitudine uirtutis creticus qui ante quartũ diem sedatur sanat infirmum sed cum debilitate pimit. Sudor frigidus longitudinem febris uel mortem propiquam significat: sed sudor in febribus continuis significat longam febrem uel plurimum potum. Calor acutus mordicatiuꝰ significat colerã. Sed mitis sangninem magnus Iuuentutem estatem & colera maximꝰ intollerabilis citius attenuat uires facit acutas nares/ tempora collapssa & faciem extenuatam. Febris continua que urit interiora sitibunda frigescentibus exterioribus mortalis est in extremis laborat qui anhelitũ aures nares manus & frigidos pedes habet. Acerbe accessiones tertiane colerice isinuant cũ orripilatio

ne & rigore & interdũ cũ sonno ꝓpter debilitatẽ cerebri uel reuocationẽ caloris na turalis ad cẽtrũ ad opugnãdã materiã. Sed potissimũ iducit sonnus in febribus a leuibus & suuauibus sanguinis uapõribus eleuatis ad caput q una cũ sõno postea excutiunt: sonnus uero ꝓfundus itimat a nimio frigore humoꝝ & cerebri: uapo res flegmatis & mẽlãcolie nisi cõcipiant in cerebro raro a partibus iferioribus uel modici eleuãt ad caput: sed uapores colerici spõte & facile petũt caput qui si fuerit acuti ualde ifestãt egros & intimãt acerrimos capitis dolores maxime in statu quo niã tũc fortius inflãmant sonnũ adimũt/ mẽtẽ euertũt & delirare & insanire faciunt & q̃nq; apostemãt cerebrũ & egri nũq̃ resipiũt sed moriũtur. Si ũero nõ apostemãt resoluũtur una cũ parosismis & resipiũt egri & multi q̃nq; ꝓpter maximos dolo/ res nõ possunt dormire: sed tãdẽ fessi post lõgas uigilias uis semidormiũt & fanta/ sticas imagiuationes reuoluũt/ horrẽda sonnia cernũt & semistupidi intẽpestiue fre quẽter expgiscũtur & fessi. Quibus aũt sonnus est tumultuos9 & laborẽ ꝑstat mor/ talis est. Cõtra sonnus quietus quẽ eger sibi cõtulisse statim sentit maximã spẽ salu lutis affert. Pulsus ualorẽ imbecilitatemq; uirtutis arguit/ facies squalido pallore de formis fit ab humoribus frigidis & a debili calore naturali qui egre cõquoqt nutri mẽta nã humores frigidi & idigesti opilãt & faciũt lãguidã pallidã & q̃nq; tumidã faciẽ. Amplius quis alget & pallet ꝓpter timorẽ uel ubi calor ei9 & spũs uadit ad cẽ trũ ad digerẽduꝫ cibum uel quia timet humores qui agitãtur in principiis parosis/ moꝝ & q̃nq; ꝓpter intrinsecum apostema spiritus reliqt exteriora. Oẽs fere febres maxime in principco adimunt uel saltẽ minuunt gustuꝫ & fastidiũt cibos mali hu/ mores stomaco graues cõcitãt nauseã & uomitum qui uero sunt in corpore diffusi & modici si nõ putrẽt omnino agitãtur secunduꝫ ꝓprium perioduꝫ & nõ inducũt calorẽ sed rigidum frigus & faciunt corpus pigrũm & fessumquod sane calidis re/ bus ꝓcisa purgatione facile curat: si uero humores mali essent multi acerrimos ri/ gores sed putridi febrẽ grauiorẽ p̃estãt. Rigores ferme in febrib9 cõtinuis signifi/ cãt materiã extra uenas expulsamque si tota & digesta ob fortitudinẽ uirtutis expel latur ꝓtinus eger ex insperato cõualescet: si uero ob multitudinẽ regurgiraret/ face/ ret grauiorẽ febrẽ. Latẽtes febres & oculte quales senibus & frigidis accidere dixim9 deteriores sunt cum nigredine ligue licet leuibus accidẽtibus uideãtur assotiate. Ri gor & frig9 quod sequitur debilitatẽ uirtutis & resolutionẽ caloris naturalis signi/ ficat mortẽ. Eger qui sine mẽtis & corporis dolore & preter uoluntatẽ lacrimat morie tur: note tamen salutis et mortis in acutis morbis sepe sunt fallaces.

De diuisione febris et curationis.

q Voniam egritudines nõ possunt recte curari nisi partiliter cognoscãtur ic circo primum resoluemus febrẽ et eius curam in genera et species suas et ꝑ bimẽbrem diuisionẽ totius febris substantiã definiemus ad similitudinem arboris cuius stipes primo in duos ramos/ et quilibet illoꝝ in duos alios

diuiditur & sic deinceps qulibet ramorum ramus in minores usq ad ultimos bip/
titur itaq primium inqrimus utrum febris sit primo in mébris uel humoribus ac/
cessa si immembris febris est ethica. Si in hũoribus aut in spiritibus aut in aliis hu
moribus crassioribus si solum in spiritibus est Effimera si in reliqius humoribus
est humoralis. Rursus humoralis aut fit ex sanguine egre cócotto & semicrudo fle
gmatica aut ex sanguine malo sanguis autem malus diuidit' in putridum & feruë/
té & in eũ q transmutat' in colerã melãcoliã febris ergo q̃ generatur ex sanguine fer
uenti uel putrido est sanguinea & que ex colera colerica & ex melancolia melancó/
lica uel quartana nuncupat'. Vlterius per ppria signa inquirendum est an humor
ille sit digestus uel indigestus In uenis uel extra constitutus & sic diuidédo explo/
sa semp altera parte per propias rationes altera difinita demostret' post. ubi febris
substantia & eius cause sic per artem resolutiuam diligenti inqsitionis ratione fue/
rint partiliter collecte simili modo definias eius curationem. Quecũq autem inme
dendis febribus recta ratiõe agũtur ea qdem in duo primum genera diuidunt' ho
rum sane altera ad corpus altera ad febrez spectant rursum hec sequestrant' in duo
quorum quedam febrili calori quedam corrupto homor medentur hec iterum
diuisa aut digerunt aut euacuant uel diuertunt horum autem diuisionum mébra
difusa oratione in propriis capitulis distinta seriatim explicabim9. Sed spectat ad
corpus alendum. Dieta que est qualitas & quantitas cibi conueniens febricitãtib9
digestionē fluūt ex stomaco & uisceribꝰ & precociter egerunt. Causas autē antecedentes & primitiuas que corrumpunt humores & debilitant uirtutem retentiuam diligenti inquisitiōe perscrutabimur primum uero fluxus esse non potest sine infirmitate uel uiolentia uirtutis cōtentiue nam si stomacus & intestina retinerēt nutrimenta quousqꝫ digererētur non fieret fluxus. Debilitatur autem uirtus retētiua a morbis & precipue longis/a cibis lublicis uel acutis /a/ rebus solutiuis & uenenosis ab humoribus uirulentis salsis & colericis acutis & maxime/a/frigore & nimio calore. Violatur uero uirtus contentiua superatur & debilitatur/a/ multitudine grauitate uel malitia ciborum & humorum sed congregantur mali humores & nutrimenta in corpore aut propter copiam ciboruꝫ uel defectū uirtutis digestiue uel debilitatem uirtutis expulsiue nam nutrimenta que non digerunt neqꝫ expelluntur congregantur in corpore & corrūpuntur et sunt grauia stomaco & intestinis & uirtus contentiua ab eis superatur & debilitat & quandoqꝫ uirtus expulsiua est potentior & superat contētiuam & facit fluxū q si fuerit creticus & uirtus uitalis potens utiqꝫ uirtus contētiua modicum debilitatur & fluxus in breui spōte sedatur & eger ex eo sentit leuamen & conualescit ut accidit in colica passione in qua superatur & debilitatur uirtus retentiua ex copia uel malitia humorū &/a/ fortitudine uirtutis expulsiue. In ea enim quando uirtus expulsiua est ualida omnē malorum humorum copiam digestorum & indigestorum per uomitum pariter & secessum eiicit fluxus cerebralis fit ex catarro a debili cerebro genito qui per stomacum in uiscera fluit & corrumpit nutrimenta que secum per secessum educit. Catarrus autem quandoqꝫ est flegmaticus quandoqꝫ colericus salsus acutus uirulentus uulceratiuus uel lublicus. & fluxus cattaralis non semper proficiscitur a capite sed aliūde potest emanare ex fistulis et apostematibus intrīsecis nam quādoqꝫ ante eorum maturationem fluit humor uirulentus & post apptionem sanies que faciunt fluxum febres quoqꝫ sanguinee colerice flegmatice & maxime ethica & cōplexiones male accidentales & uulcera intrinseca quandoqꝫ generant malos humōres acutos pestiferos uel uenenosos q faciunt fluxum & quandoqꝫ excoriāt & uulcerant intestina. fluxus stomaticus seu Diaria causatur/a/ debilitate retentiue digestiue & caloris naturalis cui inprincipio sūmo studio & diligenti cura resistendū ē nam inueteratus efficirur incurabilis & quandoqꝫ conuertit in ydropisim. In hūc autem fluxum stomaticum solent incidere balbutientes qui nesciunt proferre. t. litteram et qui habent complexionem ualde humidam et frigidam fluxus hepaticus et splencticus uel generantur a nimio calore qui adurit humores uel/a/nimio frigore quod est causa flegmatis et opilationum Nam chilus et sanguis semidigestus propter opilationes uenarum prolabitur in uiscera et facit fluxum hepaticum qui est sanguineus periodicus diuturnus et frequentior in nocte q̄ in die. Fluxus intestinalis et excoriatiuus non semper est catarralis sed eius causa potest esse in uisceribus ut puta complexio nimis calida uel frigida sed plerumqꝫ sūt humores colerici acuti et mali et quandoqꝫ est colloquintida uel alia medicina solutiua male cō

tusa uel non correpta que uisceribus aderet preterea solet esse causa fluxus uehmēs frigus pedum uel totius corporis Cibi frigidi & humidi lublici sicut fructus. Ci bi dure digestionis & qui in stomaco facile corrumpuntur cibi acuti mordicatiui uel in consueti & mutationes ciborum cepe alea cibi diuersorum generum quorū ordo facilis uel dificilis digestionis preuertitur crapule repletiōes & cibi male qua litatis medicine solutiue & earum reliquie que quandoq; remanent in intestinis: res uenenose & eiusmodi que agitant & conturbant precordia & intestina ceu mor sus anguium & uenena bibita possunt facere fluxum. Amplius qui sunt dense te/ sture & habent cutim spissam & poros artos sepius quotidie egerunt q̄ qui habēt poros apertos ex quibus uapores & humiditates possunt resolui egestiones exic/ cantur & corpora sunt magis stitica hinc ergo coligi potest quare in fine estatis & principio Autundi fluxus sepius accidunt. Nam in estate replētur corpora fructi bus & malis nutrimentis pori dilatantur & resoluitur calor naturalis postea adue niente autundo pluit & flant uenti qui fugant estatis calorem infrigidāt & obstru unt poros & mali humores c'auduntur in uisceribus feruent corrumpunt' gingūt febres ul' prorūpunt in fluxus. Senex stitici fuere in pueritia lublici e contra. pueri stitici si senescunt fiunt lublici. preterea est aliud genus fluxus qui grece Tenasmō latine premitus nuncupatur quem qui patitur semper uellet egerere tamq̄ necessi/ tas semper urgeat ualde enim desiderat depōere onus uentris & se posse egerere cre dit & frequenter conatur expellere pondus quod sentit in ano sed non emittit nisi modicum & macilaginosum & plerumq; generatur a frigore pedu3 & totius cor/ por s & eius materia & causa plerumq; est flegma uiscosum quod aderet recto in/ testino & quandoq; est colera & eger ualde coqueri' de adustiōe ani maxime quā do materia est colerica.

De signis fluxum.

q Vando uirtus digestiua & calor naturalis est debilis cibus egre dige ritur grauis est stomaco & uirtus retentiua debilitatur & semidige/ stus descendit & generat fluxum sed uulgares ignari quāto qs plus egerit tanto melius digerere falso opinantur Ex frigore enim debi/ litate caloris naturalis et uirtutis contētiue generat' fluxus stomaticus hepaticus intestinalis et tenasmon quorum egestiones sunt flegmatice fluuide parum fetide et semidigeste que cum rugitibus gurgitando descenduut et non seruant ordinem sed crescunt et decrescunt secundum quantitatem ciborum et ideo frequentiorest in die q̄ in nocte stomaticus sed hepaticus maior est i nocte periodicusq; crescit |plus i uno tempore q̄ in alio et qui eum patitur preter morē aliorum plus egerit i sequen/ tibus egestionibus et in fine plerunq; modicum sanguinem fuscū emittunt et quā/ doq; egestiones eo℞ sunt albe interdum uirides sed plerumq; sanguinee & sine do lore egeruntur huiusmodi fluxus diu durat & quandoq; pluribus annis & qui eum patitur est frigide complexionis palidus fuscus squalidus & ualde opilatus

et eius urina est rubea sanguinea turbida et spissa fluxus catarralis e periodicus & in diuersis temporibus uberius fluit precipue post longiorem sonnum & plerūq; est flegmaticus & fluidus & quādoq; spumosus & secum trahit nutrimenta maxime qñ est salsus acutus uel uirulentus & percipitur eius descensus & qñq; dolet unde deciditur sed fortius in quod distillat presertiz qñ uulcerat intestina fluxus spleneticus facit egestiones nigras adustas melancolicas & sepe mortales & que sunt acute uulcerant & splen est tumidū & ualde opilatum & omnis fluxus opilatiuus maxime qui prouenit a uenis miseraicis est liquidus & fuscus sangutneus sicut lotura carnis & facit egrum palidum flauum & deformez fluxus intestinalis generatur a frigore extrinseco & humoribꝰ flegmaticis sicut tenasmon inquo flegma uiscosum aderet recto intestino & qui eum patitur semper uellet egerere. Dissinteria est fluxus excoriatiuus qui causatur ab humoribus colericis acutis eruginosis uiruleutis saniosis adustis melancolicis salsis uel pestiferis qui gignuntur a febribus incēsiuis uel apostematibus aut uulceribus intrinsecis uel adustione hepatis & splenis inspiciende sunt ergo egestiones & considerande an sint flegmatice uel colerice sanguinee ul melancolice liquide spisse similes uel dessimiles separate uel sanguini mixte & utrum dolor sit acutus pugnitiuus uel permutet & ubi dolet. nam si dolor est supra umbilicum quando egestiones fluunt per uiscera gracilia & sunt liquide fetidissime modico sanguine & pelliculis ualde commixte significat ꝙ fluxus est mortalis quia excoriatio est in uisceribus glacilibus que maxime dolent & raro consolidantur sed quando uiscera crassa interiora excoriantur minus dolent & eorum dolor est sub petine paulo anteq̄ egerantur & egestiones sunt magis dense uel crasse cuz sanguine & pelliculis minus mixte emoroides uero mittunt sanguinem separatum ante egestiones fuscum & melancolicum & quanto prius dolet ante egestionem tanto superioribus uisceribus est excoriatio sanguis uero sincerus & naturalis significat apertionem uenarum. Egestiones mucose uiscose sunt flegmatice sed fulue crocee sunt colerice quales in febribus colericis generātur. Egestiones albe palide sicut icterice significāt alio diuertisse coleram q̄ in intestina fluere solet sed spumose liquide & fetidissime sunt pestifere. In febribus propter earum opilationes & siccitatem corpora primo fiunt stitica & cōtinue magis & magis congregantur materie que postq̄ fuut intestinis & precordiis graues urgente necessitate propter fortitudinem uel debelitatem urirtutis expelluntur per uomitū uel fluxum qui si fuerint sine dolore proueniunt a fortitudine expulsiue & tollerandi sunt tres uel quatuor dies & conferent sed quando accidunt propter debilitatem uirtutis dolent & non sequitur iuuamem sed eger continue magis laborat. Sicut fluxus qui accidit ethicis & ydropicis. Rugitus et gurgitationes per uiscera significāt uentositeatem et lublicitatem egestionum et debilitatem uirtutis contētiue etquandoq; ante fernesim significat materiam ascendentem ad apostemandum cerebrum egestiones nigre et sanguis fuscus arguit extentionem caloris naturalis. sed sanguis coagulatus emanauit ex uenis casu disruptis uerberibꝰ uel uulneribꝰ

cessis qui si diutius intus retineatur uenter inflatur uirtusq; & pulsus sicut in sincopi deficit & algent extrema. Qui patiunt fluxum parum mingunt & tanto minus quanto plus egerunt sudant uel plus euomunt aut minus bibūt in fluxu ergo urina est pauca flaua que magis ad albedinem q̄ ad rubeorem declinat quia parum in uessica moratur: & in ea plerūq; crasse materie furfuribus similes resident fluxus liquefactiuus cuius egestiones sunt untuose turbide albe & q̄nq; sanguinee sicut lotura carnis significat ethicam consumtionem & liquefactionem membroꝝ. si igit hec oia diligēter perscrutent cause inueniunt & fluxus facilius curat.

De medela fluxus.

f Luxus stiticis & cum hiis que cōdensant & cōglutinant materiā curatur & exigit diuersas medelas calidas uel frigidas sibi cōtrarias secūdū diuersitatem causarum uirtus nāq; cōtētiua que solet/a/calore relaxari frigidis stiticis sed debilis digestiua est calidis curanda at opilatiōes calidis aperiunt & humores colerici suttiles acuti frigidis obtundunt & conglutinant sirupis & frigidi flegmatici cum calidis digerunt & post digestinoem euacuentur cum clisteribus si mali humores aderent uisceribus inferioribus sed prope stomacū constituti uomitu uel medicinis solutiuis purgentur. Digeruntur autem humores calidi colerici acuti cum sirupis ex succo herbe acetose ex acresta uel mirto & mina citonioꝝ sed humores frigidi digeruntur cum sirupo ex menta & purgent cū reubarbaro adusto si fluxus est cū opilationibus sine eis uero cū recentibus mirabolanis adustis qui post euacuationē stiticant & sistunt fluxum sed quia in Italiam non afferunt nisi uet usti parum conferre possunt aut purgentur mali humores cum aliquo electuario stitico addito sibi diagridii. ℈ s. uel circa aut uomitu si materia ē in stomaco & maxime quia uomitus purgat & diuertit materiam & stiticat & conferunt diuretica aperitiua que prouocant sudorem & urinam nā q plīm mingunt uel sudāt ut inquit ypocras modicū egerunt & e conuerso fluxus uomitus sudor & urina alter altero curatur. si uero materia esset in intestinis fiant clisteria & primo cum blodio capitis arietis & zuccaro rubeo que uiscera abstergūt & confortāt & post octo uel decem horas fiat alterum quod apprime stiticat. R. blodii capitis Arietis li. b. i. uel tantundē concottionis ordei addusti. Butiri. ℥. iii. saguinis draconis. ʒ. ii. nam sanguis draconis stiticat & butirum sedat dolores similiter pinguedines mucilagines seminū citonioꝝ & psilii amplius sanguis draconis barba ircina & succus eius reprimit & sistit humores ex apostematibus & uenis fluentes. sed plantago semen & succus eius mirum in modū uenas consolidat et sanguinem sistit et cum clisteribus iniecta optime curat fluxum excoriatiuum. Item potenter sistunt fluxum balaustie mirtus nuces cupressi & galle siue fiant clisteria cum eorum cōcottionibus siue pulueribus & q̄ plura alia adducemus simplicia que fluxibus medent siue ore sumantur siue in aluū elisteribus iniciantur frigida quidem stitica sunt cotona rose & semen earum corallus plantago acetosa galla nuces cipressi coriandrū bolum armenum sanguis draconis gūmi arabica balaustie pluna siluestria ypoquistidos

acatia sumac castanee & cortex earum intermedia copule glandium spodium pre
cipue adustum mirtus mora immatura cornea & plura alia sed calida stitica sũt ma
stix cortex thuris anisum adustum ciminum adustum coagula. At risum uentres
& intestina animaliumq́ue cotta comeduntur licet sint dure digestionis tamẽ flu/
xibus prosunt quia generant spissum & uiscosum humorem similiter pede buccu
larum & arietum. Exagitatio mentis & corporis concitat fluxuꝫ sed sonnus est op/
timus & salubris preterq̃ fluxui catarralli. Amplius maxime conferunt cibi stitici
& carnes laudabiles boni nutrimenti assate potiusq̃ elixe nam assationis ratione sti
ticitatem aquirunt precipue ciminum. Caseus uetus & alia que iussimus assari Nã
si dragma una casei ueteris in aqua salsa prius cotti postea ad ignem assati edatur
incredibili stiticitate aluum constringet. Itidem facit tamtundem coaguli leporis
uel edi & sanguinem in uentre concretum dissoluit Turtures aues assatas fluxibꝰ
iuuare uulgo comprobatum est. Amplius hepatici edant limacias passulas & auel
lanas adustas esd febrientes qui patiuntur fluxum comedant panem ex cuius fari/
na non fuerit furfur discussum quoniã huiusmĩ panis ẽ magis abstersiuꝰ & aperi
tiuus & cum aceto confectus refrigerat & constringit. Oua etiam in aceto cotta po
tenter fluxibus medentur q̃ tãto magis stiticãt quãto magis coquunt̃ sicut sapa &
multo magis succur cornearũ ad ignẽ ĩspissatus ad idẽ ualet & optime sapit succus
recte cottus amariolarũ q̃ sunt species cerasorum. Sed hic & alii cibi condantur cũ
hiis uel similibus aromaticis. R. rosarum masticis corallorum piperis gariofilorũ
cinnamomi añ. ℥. i. zinziberis nucis muscate sumac draganti gummi arabici san/
guinis dragonis granorum mirti añ. ℥. s. Aut. R. rosarum & seminis eius masticis
sandalorum citrinorum cinnamomi gallarum añ ℥. i. zinziberis. ℥. s. galagne pipe
ris gariofilorum nucis muscate añ. ℈. i. spice ligni aloes macis cardamomi liquiri/
titie zedoarie añ. ℈. s. Et bibant uinum rubeum limfatum cum aqua calibeata in
qua calebs uel lapides molares lateres uel lapides fluminum igniti fuerint sepius
extinti & lac similiter cottum ualde supprimit aluuꝫ Aiunt ꝙ ebrietas sedat fluxũ
Aut bibant Iuleb ros. uel maxime Minam citoniorum cum aqua calibeata limfa/
tam. Quin etiam comedant citonia & eorum electuarium diacitonium quod est
optimum zuccarum rosatum superioris animi cum corallis mastice uel aliis spetie
bus aut trociscis stiticis compositum uel edant sorbas corneas aut electuaria ex
eis facta electuarium fenoris electuarium ex milabolanis electuarium mirtinum
electuarium Turinum electuarium ex semine nasturtii & Micletam que sedat om
nem fluxum preter opilatiuum quoniam mirabolani opilant & sunt maximo pre/
sidio stomaco debili & retentiue lapse. preterea compertum habemus ꝙ uẽtosa ma
gna umblico admota in paruo temporis spatio sistit fluxum. Aduomitum autem
post cibum sed ad fluxum compescendum & ad debilem retentiuam confirmandã
stitica medicamenta exhibentur post cibum. Medenturq; stomaco & debili retentĩ
ue lapse ex febre & calore corallus & zuccarum ros. uetus. Trocisci ex semine aceto
se unguentũ ex antera: unguentum stiticum. Emplastrũ fenicum. Oleum citonio/

rũ & Mutinum Diacitonium & mina. Sed infirme digestiue opitulatur mastix spica & earũ olea et cerotum ex mastice laudano et speciebus aromaticis unguentum stomaticum unguentum masticis et q̃plura alia que inuenies in medicinis cõpositis. sed fluxui epatico et opilatiuo mere stitica nocent et iuuant apertiua que stiticant sicut ciminum adustum anisum amingdale amare ameos passule et auellane aduste et electuarium ex passulis et hoc. R. anisi cimini ameos omniũ adustorum añ. ʒ. i. cinnamomi squinanti gariofilorum rosarũ macis galagne cardamomi añ. ℈. ii. masticis sandalorum alborum citrinorum rubeorum seminis apii añ. ʒ. s. spice. ℈ i. fiat electuarium cum melle rosato uel zuccaro rosato condantur quod quidem fluxui epatico et opilatiuo apprime iuuat. sanant uero fluxum excoriatiuum uulcera intestinorum et dolores pugnitiuos eorum clisteria cum butiro mucilaginibus psilii pinguedinibus cõcoctione succo et semine plantaginis et sãguine draconis Ad idem ualent mora rubri immatura precipue adusta sed melius est semen rosarum in quantitate medie uncie cum mina citoniorum sapa uel aliquo liquore sumtum. Amplius reubarbarum uim maximam habet contra uulcera intestinorũ sic sumptum. R. reubarbari adusti. ʒ. i. spice. ℈. v. succi uel aque anaglosse uel plantaginis. . ii. uini ueteris optimi. ʒ. s. misce & bibatur similiter plurimũ confert spodium adustũ & trocisci eius & trocisci ex carabe. & trocisci clementis. R. sperodii adusti. ʒ. s. rosarum & seminis earum acatie balaustiarum sanguinis draconis añ. ʒ. ii. seminis acetose seminis portulace adusti añ. ʒ. i. s. berberis sumac seminis plantaginis gũmi arabici añ. ʒ. i. fiant trocisci cum aqua rosata: Item maxime stitica sũt glandes assata & galla & silique assate que afferuntur ex insula cypri que dicuntur xilocaractes & influxibus excoriatiuis & corrosiuis premittas clistere abstersiuum cum decottione ordei adusti & zuccaro rubeo uel aqua mellis & fortior est in uulceribus sordidis & saniosis aqua salsa sicut lotura carnis porcine salite uel piscium salitorum postea sequatur clestere cum brodio capitis arietis butiro uel adipe capre demun cum concoctione uel succo plantaginis et sanguine draconis fluxus catarralis curatur cum modico potu & modico sonno & cum cibis spica capiatur gũmi arabicum mirtus: papauer/& semina eorum adusta & post est cibum coriandrum preparatum sistit catarrum & fluxum eius & potentius est Diacodium compositũ preterea fluxibus conferunt balnea tepidarum aquarum & frictiones quia dilatãt poros attrahunt & resoluunt materiam Item potenter sistit fluxum uitellus oui in aceto coctus sed fluxibus puerorum & infantium edentium dentes optimus ẽ hic puluis cum aliquo liquore potus & maxime cum lacte. R. seminis papaueris granorum mirti olibani añ. ʒ. s. ciperi ℈ i. seminis rosarum. ℈. s. terantur suttiliter hẽ uina cum apostemate fluxus eius curatur. Tenasmon uero & fluxus intestinalis qui/a/frigore gignitur sedatur cum clisteribus ex concottionibus origani pulegii serpilli & rebus calidis in uentrem iniectis & naticis admotis suffumigium etiam ano susceptum ex spoliis anguillarum super prunas proiectis fluxum constringit

Acuitas uero et uiolentia farmacorum que fuere nimis fortia uenenosa uel male cõcusa sedatur cum aqua tepida pota uel concoctione ordei aut blodio carnium sine sale zuccaro rubeo secum dissoluto. Trocisci ex balaustiis qui summopere sistunt fluxum. R. balaustiarum coppularum glandium adustarum postq̃ octo horas fuerint in aceto infuse sumac granorum mirti ypoquistidos an̄ ʒ. i. cimini gallarum adustarum infusaruȝ in aceto fructus tamarisci macis ligni aloes gallie muscate masticis spice an̄. ʒ. s. coriandrorum preparatorum adustorũ. ℈. ii. seminis acetose gũmi arabici boli armeni granorum interiorum uuarum adustorum an̄ ℈. i. fiant trocisci cũ uino qui omnem fluxum cronicũ uel molestissimũ optime supprimunt tãdem si hec diligenter & recte exacta non conferent confugienduȝ est ad medicamẽta opiata tamq̃ ad ultimum remedium. prebeas ergo filonium persicum quod profluuium uentris & uomitum maxime sanguineũ apprime compescit. Aut electuarium Archigenis uel hos trociscos qui cum opio & sine eo sunt efficaces. R. spodii seminis rosarum acatie ypoquistidos balaustiarum sanguinis dracõis galle croci an̄. ʒ. ii. boli armeni. ʒ. i. s. opii iusquiami castorei an̄. ʒ. i. fiant trocisci cum aqua ros. & propinentur in quantitate ʒ. i. cum uino tepido.

De frigore febricitantium.

Leue frigus tollerandum est sed magno & molestissimo occurendum est prius cũ calore extrinseco ꝙ si non sufficit expellat᷑ cũ medicinis calidis que ore sumuntur caute tamen agas ne augeas febrem sed tantum calorẽ admoueas quantus sufficit ad sedandum frigus accedit ꝙ extrinseca possunt ad libitum remoueri. Quando ergo febriens incipit frigescere pannis optime coperiat᷑ & hinc inde lapides molares uel lateres calidi uino conspersi admoueantur conferunt etiam frictiones manum & pedum & linimenta ex oleo anetino camomillino liliorum a borum oleo laurino costino uel de euforbio sed aqua uitis ardens que ex uino stillatur linita & bibita maxime calefacit asserit Auicenna ꝙ concottio eruce domestice & siluestris dorso linita sedat rigorem & frigus. Linimentum frigidi rigoris sedatiuum. R: olei anetini. ʒ. i. s. succi artemisce. ʒ. iii. bulliant ad consumtionem succi postea adde crocitriu. ʒ. i. & cum hac untiõe ungatur corpus & maxĩme dorsum. Aliud calidius. R. aneti rute mirre calamenti an̄. ʒ. ii. piperis piretri an̄ ʒ. i. uini lb. i. coquantur ad consumtionẽ medietatis & R. huius cõcottionis. ℥. iiii olei laurini ℥. ii. coquantur simul & cum eo corpus liniatur. Item costi. ℥. i. uel tantundem agarici cum aqua tepida poti uel cum uino statim calefacit uel. R. pirrenĩ uel anacardini. ʒ. ii. cum tepido uino dissolutas & ualde calefies sed augent et inducunt febrem. ubi uero frigus accideret sine febre cum pillulis fetidis optime curatur sed quando rigor uel frigus accidit cum sudore significat mortem uel saltem lognitudinem aut grauitatem egritudinis.

s Vdor in fine parosismorum spẽ salutis affert & quãto q̃s ĩ remissiõib9 plus sudat tanto celerius sanatur nisi sudor ex plurimo potu afluat. Sudor ergo non impediatur nisi exuberantie ratione ualde debilitet tunc eni cohibeat & eger p cubile sepius se reuoluat linteis & flabellis euentet uel nudus expositus sinat sudorem super pororum foraminibus refrigerari naz absterlio prebet exitum sudori. Sed tutius est oleum rosatum & mirtinum linitum. Rosata etiam nouella compescit sudorem & restaurat debiles. Quando autem sudor non sedat parosismos significat plurimum potum abundantiam uel repletionem malorum humorum longitudinem febris aut extremum mortis laborem presertim si sudor est frigidus & uirtus est debilis si uero uirtus est fortis & ualida arguit frigidos humores & febrem logniorem.

De fluxu sanguinis narium.

s I sanguis malus uel tantum superuacuus/a/sapienti natura & ualida malorum expulsiua/e/naribus sponte mictatur protinus sanat presertim iuuenes sed sanguis niger qui guttatim/e/naribus stillat longis egritudinibus consumptis mortalis est si uero ultra sanguinem malum uel superuacuum quẽ natura primum mictere solet bonus fluat in maiori quãtitate q̃ ipsa natura patitur compescatur cum albumine oui submisso naribus cũ tentula maxime si cũ albumine oui fuerit mixtus sanguis draconis mummia et precipue gipsum. Troci sci ex carabe uel filonium persicũ Nam singula apposita sisterent sanguinẽ undecũ q̃ maneret similiter pili leporis adusti cõstringũt sanguinẽ nariũ et uulnerũ. Aqua frigida super frontem sepius et circũcirca collũ conspersa retinet sanguinem nariũ Rursus aqua frigida pota & balnea frigidarum aquarum & manus et pedes fortiter perfricati et instictis fortius complexi et ligati compescunt fluxum sanguineum alui prouenientem ex apertione uenarum. Sed nihil est q̃ fortius cohibeat sanguinem q̃ uentosa magna sine incesione super hepar apposita uel super splenem si ab eo proficiscitur sanguis.

De uomitu.

u Omitus proximus est fluxibus uentris nam ab eisdẽ fere causis proficiscitur et eisdem fere remediis curatur. Vomitus ergo malorum humorũ si fuerit rarus facilis et leuiter tolleret prodest qm̃ purgat stomacũ remouet dolores capitis ancarum sciaticas et febres sed freq̃ns uel uiolẽt9 et molestus debilitat stomacũ attenuat uires et hebetat aciem. Si igitur causa uomitus ẽ repletio malorum humorum qui sunt graues stomaco prodest si uero opilationes: remoueãt cũ aperitiuis ut puta cũ electuariis ex squinanto ex mirra ex costo uel ex eupatorio At si cã uomit9 ẽ hũor tenax et uiscosus q̃ cõcauitatib9 stomaci aderet uel hũor tẽuis q̃ in ei9 substãtia et uillis est imbibitus digerat cũ sirupo acetoso et stati sedabit nisi ex debilitate stomaci et uirtutis contentiue uomitus causetur cui maximo presidio sunt. Diacitonium Micleta et omnia stitica cum quibus fluxus uentris curat Stitica enim corroborant uirtutem retentiuam et cohibẽt malos humores ne regurgitent ad stomacum. Que autẽ contra uomitum ualẽt sumunt post cibum et cõferet ruta et menta cõmesta sed prestãtius est contra nauseam et uomitum flegmaticum

electm ex gariofilis & sirupus ex menta Item manus & pedes cum panno aspero perfricati uel ligaturis fortiter complexi aut magis q̄ solent calefacti uel in frigida aqua frigescentes sedant uomitum & maxime sonnus uel. R. latam panis medietatem modicum adustam & remollitam in aceto & super eam consperge cimini menthe. añ. ℈. i. gariofilorum rute añ ℈ s. & calida stomaco applicetur & compescet uomitum sed melius est unguentum stiticum uel empl'm ferri. ū & optima sunt stitica que ore sumuntur sicut trocisci ramich el'm mirtinum T urinum uel el'm ex semine nasturtii. De siti.

Ebrientes qui ualde sitiunt utrumq; uitium caueant ne caloris incendio arescant nec plurimum bibant nam plurimus potus inundat in stomaco diminuit gustum & calor naturalis relinquit digestionē malorum humorum & sinit febrem inualescere & conuertitur ad digerendum potum qui si fuerit superfluus concitat uomitum uel fluxum & qn̄q; inducit ydropisim tutius est ergo parciter bibere & ne fauces arescant gargalizent uel abluantur raro cū aqua gelida & interdum paulatim pitissent aquā modico aceto mixtam uel unum granatorum dulcium. Iuleb uel sirupum acetosum cum aqua pluuiali dilutum aut. R. aque portulace. ℥. viii. quatuor aquarum cordialium añ. ℥. ii. zuccari. ℥. v. fiat iuleb longum aromatizatum cum sandalis. Asserit Auicenna q̄ semen portulace cōtra sitim plurimum ualet & uiatores qui comedunt seminis portulace. ℥. i. minime sitiunt. Amplius sitim extingunt zuccarum uiolatum cucumer zuccarum cāditum in ore retētu & pluna damascena que si fuerint sicca infundantur in aqua tepida & trito zuccaro consperga tur. Item cristallum in ore delatum refrigerat sitim & breuiter que q; humectant mitigant sitim sed sonus penitus aufert.

De sonno & uigilia imoderata.

Onnus imoderatus & profundus inducitur/a/uaporib9 crassis flegmaticis qui opilant arterias capitis & impediunt decursum spirituum quorum priuatione cerebrum congelatur & eger moritur nisi expergiscatur & uigilet. Diuertant̄ ergo uapores cū clisteribus acutis & suppositoriis ex agarico sale armoniaco yera pigra uel scamonea & melle compositis & abluantur nares aceto & clamoribus pun ctionibus uel aliis stimulis excitetur frequenter Aut māibus & pedibus in stit. s forciter ligatis uel grauioribus tormentis cruciatus expergiscat̄ & nō pmitat̄ amplius dormire sed plerūq; febres & earum uapores colerici adimunt sonū presertim qn̄ adsunt dolores inquietudo sollicite cure uel alie molestie que non sinunt hoies dormire Quādo igit̄ febriēs parum aut nūq̄ dormit s3 die noctuq; uigilat incidit in frenesim & dementiā pp concursum uaporum & aliorum humorum qui apostemāt cerebrū R efrigerat aūt & obtūdit uapores acutos & iflāmatos & sonnū inducit papauer siue cibis coquat̄ siue eius semen uel sirupus capiat̄ hora eundi dormitum similiter lactuca cum carne cotta sed cruda ratione salis & aceti minus dormire facit Amplius allicit sonnum oleum papaueris & unguentum populeū circū circa tempora liuitū & plura alia unguenta & medicamina opiata Nam opium & eius

aqua cuius fetor demitur cum aleo secum stillato potissimum sonnum inducunt sed suspecta sunt & periculosa nisi sint modica & recte correpta Deniq; ad sonnū inducendum summopere studendū est prius refrigerare uapores inflāmatos & se/dare dolores & inquietudinē & remota causa sonnus sponte redibit compertuz ha bemus q biscotta que post caseum exaqua lactis cotta colligitur facit dormire.

De dolore capitis.

f Ebricitantes capitis doloribus plerumq; torquentur/a uaporibus cali/dis colericis nam sanguinei sunt mitiores et flegmatici et melācolici non faciunt acutos capitis dolores nisi ratione colere secum mixte. diuertā/tur ergo clisteribus uel suppositoriis et frictionibus uel uentosis cum scarificatio/ne si sanguis supersit et eorum acuitas comode obtunditur et dolor sedatur cum aqua rosata uel uiolata modico aceto mixta et sepius naribus attracta et cū eadem frons et facies sepe abluatur et circum tēpora liniatur oleum rosatum modico ace to cōquassatum uel albumine oui uel succo solatri uel semperuiui mixtum Ad idē ualet unguentum rosatum. unguentum populeum et oleum nenufaris coriandri ferme in aceto prepati retinent uapores ne repant ad caput. oleum sane rosatum ca pici linitum post contionem sedat dolores et conseruat mentem et cerebrum sanū sed frigiditas capitis subito inducta propter ualde frigida admota uel propter ca/sum tegminis uel bireti opilat gignit catarum et debiles perimit

De dolore stomachi

d Olores stomachi plerumq; generantur ex repletione malorū humorum qui sunt graues stomaco et sedantur uomitu quibus est facilis sed qbus est dificilis flegmatici cum pillulis de xera et colerici cū electuariis so/lutiuis purgentur utpura cum electuario lenitiuo cattolico uel ex plunis sed quā/doq; dolor stomachi accedit et recedit una cum parosismis et eius causa est uento/sitas a calore febrili genita aut humor concitatus qui putrescit uel in stomacum re/gurgitat et sedatur cum curatione febris in tempore quietis cum sirupis digestiuis uel cnm electuariis uentositatum discussiuis aut cum mastice spica corallis. Diaci/tonio electuario ex mirabolanis et similibus que confortant stomacū et repellunt malos humores. sed horis parosismi nichil addendum sed tollerandus est. si uero dolor accideret inmediate post cibum pp debilitatem digestiue parcius cōmedat et cibos facilioris digestionis conditos cum speciebns aromaticis stomaticis uel odo riferis quas explicabimus in medcinis compositis et confortetur stomacus et uir/tus digestiua cum aromatico rosato. diacinimio. rosata nouella uel confectione a/batis aut aliis cōfectiōib9 electis oleis unguētis uel cerotis quoq; copiā maximā ha bebis de medicinis cōpositis unguētū quod cōfortat digestiuā et sedat dolores sto maci. R. olei nardini rosati an̄. ℥. i. masticis trite. ℥. s. aceti parū cere q̄d sufficit Aut R. masticis. ℥. i. s. laudani. ℥. s. corallo℞ mente an̄. ℈. ii. gariofilorū cinnamomi an̄. ℥. s. fiat cerotū cū oleo nardino & super corio extenso adaptet stomaco sed si dolor acidit ieiuno stomaco pp colerā fluētē in stomacū tp̄e famis patiens citi9 comedat.

d Olor uentris solet accidere pp effusionē colere in itestina cui presidio est sirupus acetosus cū cōcottione camomille similiter flores camimille cuȝ aqua uel uino bibiti & sedant dolores uentris amingdale persicorū amare que aperiunt opilationes hepatis & interimunt uermes qui sunt interdum causa doloris uentris et perimunt eos absintium cōmestum et concoctio et succus eius potus. Et unguentum aloes linitum. sed pueris contra uermes facilius corallina & eius confectio semen sanctum macedonicum semen caulium cum melle uel aqua graminis & breuiter omnia calida amara & maxime aloes interficiunt uermes si uero dolor uentris accidat pp repletionē malorum nutrimentorum & stiticitateȝ euacuetur cum clisteribus ex concottione camomille uel concottione herbarum communium & yerapigra At si uentositas fuerit causa doloris sumatur diaciminū uel dianisum & fiat clistere cum concottione rute centauree anisi & feniculi & cuȝ oleo rute Demum si hec nō conferunt & dolor est grauis acutus & intollerabilis remoueat' cum opiatis ut puta cum trifere.ʒ.ii.uel tantundem philonii Romani.

De dolore dorsi.

d Orsum qñq3 dolet pp pluuias uel uentos qui repente infrigidāt corp9 calefactum nam frigiditas opilant & pp opilatiōes feruet sanguis & corrumpūtur humores & generatur febris: huiusmodi ergo dolor sedat' cū uentosis suppositoriis uel clisteribus & frictionibus & iaceat eger super coria preparata & lenia strata super plumas & caueat accubitum resuppinum qui calefacit medullam spine auget febrem & dolorem dorsi. Cuius calor refrigeratur cum unguento albo rosato uel populeo. si uero dolor & febris quotidie crescūt significat mortem Renibus autem debilibus ungatur oleum rosatum citonioꝝ masticinuȝ nardinum uel quod melius est. R. masticis.ʒ.i.s. boli armeni sanguinis draconis añ.ʒ.i. rosarum.ʒ.s. olei nardini quod sufficit fiat cerotum & super corium extensum adequetur renibus si uero dolor accideret pp arenulas & calculos capiat hūc puluerem diureticum qui plurimum mignere facit & potenter remouet opilatiōes febriū inueteratas. R. seminis apii anisi feniculi fenugreci seminis malue seminis folliculorum solatri añ.ʒ.i. succi liquiritie squinanti añ.ʒ.s. rubee tintorum nigelle añ.ʒ.i. propinetur quotidie.ʒ.i. cum uino ueteri & continuetur donec iuuerit.

De inquietudine.

I Nquietudo & tristitia non facile sedatur nisi una cum febre & dolore Aut trāquilitate mentis & sonno prouocetur ergo sonnus cum papauere ei9 sirupo diapapauere & Diacodio olfaciat cāforā & concottionē rosaꝝ deponat curas & mestitiā & confabuletur cum gratiosis amicis & quandoq3 febrientes cotristantur propter effusionem colere mordicantis precordia quibus iuuat uinum granatorum & acresta limones poma rancida & bucella panis in horum succis infusa.

u Apores colere aduste & febris ardor desiccant fauces & faciunt linguam asperam & nigram & quandoq; inducunt frenesim quibus medentur si rupus acetosus ex endiuia ex portulaca conserue zuccarorum cordiales el'm ex plunis non solutiuũ & huiusmodi frigida & humida & abstergat' lingua cum astella arundinis tenui reflexa uel cocleari & frequenti ablutione concott õis ordei uel aqua cum zuccaro lauetur semina citoniorum in ore retenta uel tenui pã no ligata & aqua ordei infusa abstergunt nigredinem lingue & obtundunt acuitatem illoꝝ uaporum secundum Auicenam Item ad idem conferunt pluna sicca ĩ aqua tepida remollita zuccarum canditum zuccarum uiolatum & liniunt asperitatem & admonendi sunt febrientes ne suppini iaceanr neq; caput calidiori q̃ so/li; tegmine uel pulmoso ceruicali amplius calescat. Si uero fauces uelut desculente uiscosa excrementa frequenter concipiunt quãuis sepe abstergantur egritudinem morta'em arguũt sed si post ablutionem oris cum aqua ordei & oximelle simplici illa uiscosa sputamina concreta absterguntur & perseuerant fauces munde augent spem salutis.

De sincopi.

s Incopes prope modum timende sunt quoniam sepe perimunt & accidit quando colera effunditur ad cor & iccirco in principiis parosimoꝝ qñ humores agitantur sincopis sepe excitatur preseruat autem sincopi uomitus & coferunt clisteria lenitiua & sincopiꝫ arcent sirupus ex acetositate citri el'cꝫ ex ligno aloes el'm ex musco el'm ex semine acetose & precipue buccelle panis a du ste optimo uino imbibite aut inuino granati punici uel in acresta & melior est panis furfureus ex farina frumenti & furfure fictus si uero corpus iaꝫ pene exanimũ sincopis fecerit abigitur cum diuersionibus fricentur ergo brachia & cosse & articuli his fortiter constringantur & molestis puntionibus eger excitetur. Aut manus & pedes in caledissima aqua infundantur & conspergat' facies aqua rosata aceto mixta uel uino odorifero & admoueatur naribus muscus laudanum canfora ul' speties aromatice nã suaues odores contra sincopim plurimũ ualent & remouet sincopiꝫ uentosa ꝫ magna sine incisiõe post tergũ sinistrũ apposita.

De frequẽti star.

s Tarnutatio prouenit a fortitudine expulsiue & /a/ calore q dilatat meatus & in uentositatem cõuertit humiditates uentriculorum cerebri ideo facilius starnutamus quando intuimur solem & fortius quando olfacimus elebrorũ uel euforbium. starnutatio ferme confert surdis & conualescentibus sed in principio febrium nocet nam attrahit humores ad caput facile autem sedatur si interuallum fricetur quod in radice nasi utriq; oculoꝝ interiacet aut frons & collũ fricetur uel olfaciat oleum rosatum & spongiam aut naribus attraht aquam rosatam aceto mixtam.

De tussi.

t Vssis sepe febribus colericis et sepius flegmaticis accidit et fortius excitat' ĩ principiis parosismorũ medentur aũt tussi sicce liquiritia penidia et sauuia At calide tussi diadragantũ. diapapauer et pillule lãbiles. sed frigide cõfert electuariũ sanum Diapenidion et plura alia que inuenies in electuariis lambendis

& liniatur pectori Oleum uiolatum unguentum uiolatum unguentum pectora/le. unguentum mucilaginum uel dialteum. si autem tussis causatur/a/cataro flue/te a capite in thoracem qui minatur ptisim remoueatur cum hoc salubertimo siru/po. R. Iuuibarum sebestent añ nũo. xv. liquiritie capil' uen. añ. ʒ. ii. passularũ. ʒ. s. bulliant in duabus lib aque ad consumtionem medietatis & eius expressioni adde sirupi papaueris mirtini. añ. ʒ. ii. clarificetur et da. ʒ. iiii. uel v. per duas horas post prandium et tantumdem post cenam et continuetur q̃ diu iuuerit

De dificultate anelandi

f ebrientes cum dificultate anelant ob spasmum et contractionem neruoꝝ et mẽbrorum spiritualium Contrahuntur autem quandoqꜫ pp siccitatẽ sed frequentius pp nimiam humiditatem et plurimũ potum uel humo/res qui obstruunt uias anelitus quando igitur accidit pp siccitatẽ est ualde pericu/losa et non potest curari nisi forte cũ frigidis et humidis butiro recenti zuccaro ui olato sauuia diadraganto electuario expapauere lambendo et oleo uiolato et eius unguento pectori linito et fiant gargalismata cum rob. nucũ uel Diamoron disso/luto cum aqua ordei. que uero a repletione et humiditate generatur parco uictu/et abstinentia a rebus humidis facile sedatur hinc pingues obesi et ifantes quia nõ possunt se a rebus contrariis abstinere dificultate anelitus magis laborant sed ual/de pingues apopletici sepe suffocantur. At si humor aliunde flueret in pectus et fa ceret dificultatem anelitus misso uentosis sanguine curatur.

De dificultate glutiẽdi.

d Ificultas glutiendi quaudoqꜫ prouenit/a/ febre conclusa & incẽsiua cu/ius remedium & quidem optimum est flobotomia ex uena cefalica nec non clisteria uel suppositoria & fiant gargalismata cum aqua rosata ace/to mixta aut lacte mulieris uel maxime cum diamoron aqua foliorum croci dilu/to que quidem gargalismata procidentes uuas residere cogũt squinantiã discutũt raucedinẽ emendãt & dificultatem respirandi pariter & deglutiendi aptime sedant Vbi uero dificultas deglutiendi accideret propter aridum spasmum esset mortalis

De gustu.

I In omni egritudine sit tibi cure gustus nã quibus sane cibus sapit facili us sanãtur si ergo mali humores adimerent gustum uomitu uel farmaciis reiiciantur & confortetur stomacus cum rebus stiticis aromaticis ut puta cum citoniis diacitonio cum absinthio & uino secum cotto cinnamomo gari ofilis spica mastice corallis rosis Aromatico rosato confectione abatis Diarodon & q̃ plura alia que in libro de medicinis compositis inuenies confortant stomacũ & excitant gustum sicut pillule imperiales sed pillule gustus & appetitus restituti ue sic componuntur. R. cinnamomi croci spice squinanti ligni aloes xilobalsami añ. ʒ. ii. masticis corallorum rub. añ. ʒ. i. s. gummi arabici rosarum añ. ʒ. i. aloes

ʒ.liii. fiant pil' cum sirupo de asinthio & ad idem ualent pillule Diarodon

De Bolismo.

b Olismus est saturitas stomachi & fames membrorum cuȝ e neruorum tertium quod a cerebro in stomacum descendit & sum & guttum/a/calore febrili nimium accenditur aut uehem re mortifi atur accidit bolismus sed qui prouenit a calore curatur frigidi dis capi ti admotis & maximo presidio est ablutio capitis cum concoction deinde liniatur caput cum oleo uiolato & excitetur sensus cum asperis fric punctionibus & ligaturis mãuum & pedum & prouocetur gustus cum bonis bus & cibis delactabilibus cum speciebus aromaticis conditis & sumat aromatic rosatum uel Diarodon & huiusmodi.

D.i. coquã
netur q̄ si mi/
it inflationes
cum galliã
ce & simli/
git humõ
ĩ rosellis
tur tañ
neã

De fame insatiabili.

f Ames excitatur ab humore melancolico ad os stomaci effuso que si fuerit insatiabilis quam famem caninam uocant curatur cibis pinguib9 unctis frigidis & ualde dulcibus sed ante exemptã famem remota mensa singula riter comedant passulas uel semina cucurbitarum uel melonum que sũt modici nu trimenti ut longior mora in eis deducatur. Item aiũt q̄ offa que fit ex pane & uino in mane ieiuno stomaco sumta licet in parua quantitate tamen tota die conseruat hominem saturem. Sandaraca autem que dicitur uernix scriptorũ paulatim sumtã desiccat corpus & macrescere facit.

De singultu & gurgitatione potus.

s Ingultus est spasmus gutturis qui ab arida consumptione & uehementi siccitate uel animia humiditate & repletione generatur singultus quideȝ ex repletione quo infantes sepe corripiuntur salubris est & suapte natura sedat' & in adultis citius remouetur abstrahendo quo uismodo animum. aut in a i mirationem deducendo aut repetendo fictum depositum de quo non reminiscat' sed socrates post austum uenenum abigit singultum cum aqua in ore retenta. sin/ gultus uero qui fit ab arenti febris siccitate mortalis est. Egerq̄ tendit ad occasum q̄ gutturis spasmum patitur & potus absumptus ueluti per deuia saxa procliuis ual lis gurgitando delabitur & si admodũ pauci sanentur humida tñ conferre deberet ceu blodium pulli ualde concocti quod partim pitissetur & partim gargalizet' & li niatur pectori oleum uiolatum & sumat zuccarum uiolatum sauniam & restaurati um expinis.

LIBER DE medicinis compositis quem Clementius clementinus Amerinus edidit.

& liniatur
le. unguentu Am Deo gratias ago de omnibus et singulis beneficiis q michi uber/
ta a capite in trime cōtulit superest michi suppliciter ipsum exorare ut in futurum
po. R. Iuui uiuam et moriar in gratia sua et a/morte uiolenta & penis ifernis me
bulliant ir liberet: & q̃ diu uixero faciat me iustum qm̄ iusticia est optima & ma
sirupi pa m uirtutum que homines Deo conciliat & in celum aditum prestat. Am
prandiu iritum sanctum suppliciter oro ut uirtutes medicinarum & remedia om/
malorum mihi patefaciat & suo diuino fauore & gratia prosequar & perfici
hunc libellum. Medicinarum copia q̃ magna in libris. Medicorum reperit
sed eas potiores dūtaxat elegimus que a ueteribus inuente a recētioribus sūt magis
approbate & ut facilius quod querit inueniat imitabimur ordiné nature que pri/
mo digerit deide digesta subducit postea restaurationé intēdit. Sic nos primo pōe
mus sirupos digestiuos. Secundo electuaria que lambuntur ad egritudines pecto
ris. Tertio pillulas. Quarto electuaria solutiua. Quinto electuaria & confectiones
restauratiuas. Sexto agitur de medicinis opiatis. Septimo de trociscis. Octauo de
spetiebus & pulueribus. Nono de unguentis. Decimo de oleis dicemus. Itaq; di/
stinguemus capitula partim secundum ordinem nature partim secundum diuersi
tatem nominum & partim secundum similitudinem qualitatum uel secūdum uir/
tutes & proprietates Medicinarum.

Primum Cap. de sirupis.

I Vleb rosatum digerit humores colericos confortat & restaurat egros mi
tigat calorem & sitim sed modicum cōstipat & fit hoc modo Mitte in ol
lam uitreatam octo libras rosa℞ purpurea℞ recentiū & funde super eas
aque feruentis libras decem & recte coperi eam ne exalet & post octo horas subdu
ctis rosis expressis eadem aqua calefacta & feruens super octo libras aliarum rosa
rum conspergatur. Atq; octo iterum horas q̃ bene coperta maneat donec frigescat
& si melius facere uolueris iterū atq; iterū itidem facias & huiusmodi infusio dicit
rosarū eodem modo fit infusio uiolarum. R. infusionis rosarum libras quinq; zuc
cari lib iiii. coquantur cum facilitate lento & claro igne donec parumper inspisset
sic etiam fit iuleb uiolatum quod sane refrigerat & remouet sitim et tussim calidam
& lenit asperitatem pectoris & omnem intestinorum siccitatem & medetur pleuresi
clarefiunt autem Iuleb & sirupi hoc modo sume albumen unius oui zuccari lib. i.
aque lib. ii. dissoluant simul et concutiant donec spumescant et bulliant et cū in/
cipit nigrescere spuma cum catia paulatim amoueatur et fiet clarum preterea fit alio
modo iuleb sume aque rosate lib. iii. zuccari lib. ii. et fiat iuleb ut supra aut R. succi
rosarum lib. iii. zuc. lib. ii. fiat iuleb. Similiter potest fieri iuleb uiolatum. R. succi
uiolarum lib. ii. zuc. lib. ii fiat iuleb. Aqua melius ualde humectat et sitiz mitigat
sedat tussim siccam et humidam: abstergit saniem pectoris et flegma mucosum la/
uat intestina et uiscera et uias urine et preseruat homines a calculis & colia: subtiliat
aperit resoluit & confert egritudinibus neruorum et iunturarum quibus ex inata

pprietate nocet uinum Sume aque fontis dulcis clare lib.viii.mellis lib.i. coquã tur cum facilitate ad consumptionem quarte partis & continue spumetur ꝙ si minus coquitur magis humectat lenit & inflat. Sed magis cocta resoluit inflationes uentosas digerit nutrit & minus humectat et quandoqꝫ aromatizatur cum gallia muscata ligno aloes uel speciebus aromaticis zinz. cinnãomo croco mace & similibus Mel rosatum plurimum confert stomaco frigido digerit & abstergit humores flegmaticos calefacit adiuuat digestionem & nutrit. & quandoqꝫ fit cũ rosellis que sunt rose incomplete mature quãdo incipiunt expandi globose eligantur tantũmodo folia et exponantur in umbra quindecim dies super tabulas extẽse postea terantur & cum triplo mellis misceantur et quandoqꝫ fit cum succo rosaꝝ et interdũ cum utroqꝫ et semper mel sit triplum ad utrumqꝫ. sed quãdo fit cum succo plerũqꝫ colatur coctũ ad spissitudinem sirupi et sic miscetur sepe cũ sirupo acetoso & quandoqꝫ magis coquitur et sicut electuarium assumitur. Mel uiolatum fit sicut mel rosatum et habet uirtutem lenitiuam et abstersiuam et ideo plerumqꝫ ponitur in clisteribus lenitiuis

Sirupus acetosus simplex est optimus et cõmunis ad omnem materiam ideo medici sepius utuntur eo et quod mirum est digerit coleram flegma et melancoliam rationeqꝫ aceti attẽuat crassos humores incidit uiscosos duros mollit ineptos euellit ubiqꝫ penetrat opilationes aperit prouocat urinam putredini resistit & corrigit malitiam humorum & iccirco in febribus pestiferis iuuat sed ratione remisse frigiditatis tenues & suttiles humorũ partes inspissat adequat calorē refrigerat uiscera lenit & sitim sedat digerit ergo utramqꝫ materiam & maxime coleram. R. zuc. boni albi lib.v. aque fontis clare lib.iiii. coquantur claro igne absqꝫ fumo semper abiiciendo spumam quousqꝫ medietas aque sit resoluta deinde adde aceti uini albi clari lib.ii. uel circa secundum ꝙ humores egritudo uel complexio requirunt plus uel minus aceti & cum eo iterum coquatur & usui reseruetur. Sed sciẽdum ē ꝙ acetum nocet stomacis debilibus & lesis & apostematibus & egritudinibus neruoꝝ & diluitur cum aqua endiuie uel simplici aqua contra coleram.

¶ Sirupus acetosus ex radicibus compositus apprime digerit coleram crassam difficilem flegmaticam incidit enim abstergit & proibet putredinẽ corrigit malas qualitates aperit opilationes urinam sudoreqꝫ prouocat. Est sane satis temperatus & salubris & frequenter eo indigemus & utimur presertim in principio febrium q̃ depẽdent/a/flegmate colerico & propinatur cũ melle rosato mixtus & aqua feniculi uel aliis dilutus contra flegma uiscosum additur acetum sed sine aceto ualet cõtra egritudines neruorum stomaci uiscerum & apostemata. R. aque fontis clare lib.x. radicum apii feniculi endiuie añ.℥.iii. seminum apii feniculi anisi añ un.i. seminis endiuie un.s. coquantur faciliter ad consumtionem medietatis aque postea adantur zuc. lib.ii. clarificetur et demum addantur aceti lib.ii. uel iii.

Oximel simplex digerit malos humores diuersorum generum in quibus superat flegma nam incidit attenuat et resoluit crassos humores flegmaticos qui sũt in sto

maco hepate iunturis & est efficax contra febres diuturnas & cõuenit in principio febrium flegmaticarum cum aqua feniculi permixtum. R. aqua fontis clare dulci, lib iiii. mellis lib. ii. coquantur & spumentur & addantur aceti libra.

Oximel compositũ & sirupus acetosus de quinq radicibus digerit malos humores febrium cronicarũ flegmaticos melancolicos frigidos crassos mucosos uel permixtos cum colera crassa quosquidem humores incidit attenuat et per urinam et sudorem resoluit aperit enim et potenter discutit opilationes stomaci et iecoris febribusq flegmaticis quothidianis quartanis diuturnis precipue in earũ declinatione peculiariter medetur R. corticum radicum apii feniculi petrosilini brusci sparagi añ ℥ ii coquantur predicte radices aque libris xii. & aceti lib. i. ad consũptionẽ medietatis deinde addatur aliquantulum mellis & fiat sirupus. Sed quidem predictam concoctionem faciunt tamtũmodo cum semine apii & fenugreco & uterq ꝑparatus cum aceto & sine aceto dicitur sirupus de quinq radicibus. Rursus quandoq fit cum melle & uocatur oximel compositum & quãdoq cum zuccaro & uocatur sirupus acetosus de quinq radicibus

Sirupus denarii uel de bisantiis est maxime uirtutis contra febres compositas difficiles & longas que dependent ab humore colerico mixto flegmatico digerit enim eos et aperit opilationes & discutit itteritiã in febribusq colericis que prolongantᷣ conuenienter exhibetur post decimum diem R. succi endiuie apii añ lib ii. succi lupuloruz borraginis buglosse añ lib. i. parum bulliant spumentur et depurentur sublataq residentia R. succi clari lib iiii. zuc. lib ii. s. rite coquantur & fiat sirupus.

Oxizacara digerit materias colericas flegmati mixtas que grauent stomacum & precordia & faciũt tertianas duplas inordinatas quas uocant erraticas & similes quartanis duplis. R. succi mali punici idest uini granatorum dulcium uel acetosorũ lib. ii. aceti lib. i. zuccari lib. iii. coquantur cum facilitate in stagnato super prunas semper cum spatula agitando donec recte coquatur.

Sirupus de endiuia simplex colerã digerit maxime suttilem acutã calorem refrigerat opilationes aperit omnẽq iecoris malitiã emendat R. succi endiuie depurati lib yiii. zuc. lib. v. & mediã fiat rite sirupꝰ quẽ cũ aq̃ ordei uel endiuie dilutũ ꝑpinabis.

Sirupus de endiuia compositus optimus ad eadem. R. succi endiuie succi epatice utriusq ad ignem clarificati añ lib. iii. rosarũ uiolarum lenticule aque florũ nenufaris politrici añ ℥. s. capil ueneris ordei excorticati quatuor seminum cõium frigidorum añ ℥. i. zuc. quantum sufficit aromatizetᷣ cum hiis speciebus. R. sandalorũ alborũ rubeorum berberis seminum citoniorum ligni aloes cinnamomi corticum citri añ ℈. i. quandoq tamen preparatur sine hiis speciebus & sic magis refrigerat sed cum speciebus magis confortat cor cerebrum & reliquum corpus oĩo uterq refrigerat hepar & remouet eius opilationes & propinatur cum aqua endiuie lupulorum boraginis uel buglosse.

Sirupus uiolatus digerit materias colericas suttiles refrigerat humectat lenit asperitates pectoris & siticitatem uiscerum mollit curat tussim siccam & maxime confert

pleureticiſs. R. uiolarum ℥. ii. ſeminū citoniorum malue an̄ ℥. i. iuiubarum ſebeſtē an̄. numero. xx. coquantur in ſex libris aque cucurbite uſq; ad terciam partem zuc cari lib. i. s. & rite fiat ſirupus.

Sirupus iuiubinus raucidinem emendat tenue ſputum condēſat & facilitat ſitim mitigat & breuiter tuſſi pleureſi ardentiq; febri medet̄. R. iuiubarum lx. liquiritie ordei excorticati an̄. ℥. i. uiolarum capil̄ uene. ſeminis malue an̄. ʒ. v. papaueris albi ſeminum citonioꝝ melonū lactuce draganti an̄. ʒ. iii. coquantur in lib. iiii. aque fō tis & cum libris duabus zuc. fiat rite ſirupus.

Sirupus ex liquiritia eſt temperate calidus & plurimum ualet contra tuſſim lenit & abſtergit pectus & pulmonem & expuere facit mareriam flegmaticam. R. liqui/ ritie. ℥. ii. capil̄ uen. ℥. i. iſopi ſicce. ʒ. s. infundant̄ diē & noctē in quatuor lib aque poſtea coquantur ad conſamtionē fere medietatis & ſuper eius colaturā proiciant̄ zuc. penidiorum mellis an̄. ℥. viii. & fac ſirupum.

Sirupus de iſopo tuſſis dificiles & diuturnas curat eſt parum calidior precedenti & magis aperitiuus digerit materias flegmaticas que opilant uias anelit9 facilitat ſpu tum & anelitum confert aſmaticis & remouet dolores pectoris capitis & laterū que proueniūt/ a/ frigida tuſſi. R. paſſularum. [illegible] i. s. iſopi ſicce radicum apii feniculī liquiritie an̄. ℥. i. ʒ. ii. iuiubarum ſebeſten an̄ numero. xxx. caricarum dactiloꝝ pin/ guium an̄ numero. x. capil̄ uen. ʒ. vi. ordei excorticati. ℥. s. ſeminum malue citonio rum draganti ʒ. iii. in fundantur in lib. v. aque diem & noctem & coquantur ad cō ſumtionem medietatis et cum duabus libris penidiorum fiat ſirupus qui cōueniē/ ter diluit̄ cū aq̄ pectorali uel aq̄ iſopi praſſii ſcabioſe uel cōcoctioib9 pectoralibus

Sirupus ex praſſio plurimū aperit incidit ſuttiliat mundificat et expuere facit ma/ terias flegmaticas uiſcoſas tenaces catarrales & ſanioſas que congregant̄ in pecto/ re & pulmone & breuiter conſtructus eſt contra dificiles tuſſes inueteratas R. paſ/ ſularum. ℥. iiii praſſii ℥. ii caricarum pinguium numero xv. iſopi capil. uen. an̄. ℥. i. aniſi callamēti radicum apii feniculi an̄. ʒ. v. ſeminis malue fenugreci ireos an̄ ʒ. iii. ſeminū lini citoniorum an̄ ʒ. ii. coquantur in lib. v. aque donec conſumētur ii. lib. &. fiat ſirupus cnm penidiorum mellis an̄. libras duas.

Sirupus de granatis acetoſiſs refrigerat & corrigit putridam coleram clarificat ſan/ guinem & mitigat febrem & ſitim R. ſucci granatorum acetoſorum purificati lib v. zuc. lib. iii. fiat ſirupus ſimili modo fit ſirupus ex granatis dulcibus qui magis dlectat & prodeſt pleureticis ac cū aqua dilutus poteſt ad libitū ſicut iuleb aſſumi

Sirupus ex acetoſitate citri febribus incenſiuis & peſtiferis ſane medetur refrigerat & obtundit acuitatem colere & in eſtate plurimū ualet cōtra peſtem nam preſeruat a/ putredine conforrat cor mitigat ſitim & remouet uertiginem & ebrietatem R. ſuc ci acetoſitatis citri lib. xii. & coquatur in uaſe uitreo paulatim ſuper prunas ad cō/ ſumtionem tercie partis & coletur & quieſcat donec ſequeſtretur reſidētia qua dēp/ ta R. huius ſucci clari lib. vii. iuleb roſ uel uiolati libras v. coquatur donec inſpiſſe tur in eſtate autem poteſt exponi ſoli donec conſumetur aquoſitas. ſed omnino de

bet fieri cum maxima diligentia qm̃ rite factus ē excellentis uirtutis. ℭ Sirupus de papauere inducit sonnũ his qui non possunt dormire sistit catarra es distillatiões & condensat humores suttiles & acutos tussim remouet siccam& preparatos tuet' a/ptisi Summe seminis papaueris albi & rubei añ. ℥ vi. seminis lactuce. ʒ. v. iuiubarum. xxx. seminis malue citoniorũ añ. ʒ. vi. capil. uen. liquiritie añ. ʒ. v. coquantur in lib. v. aque ad cõsũtionẽ medietatis & addantur zuc. penidiorũ añ. ℥. viii.
Sirupus de succo herbe acetose que dicitur acetosella contra pestem plurimum ua/let refrigerat calorem febrilem cofortat cor remouet sincopim & fluxum uentris R. succi acetose clari lib. iii. zuc. lib ii. fiat sirupus si uero succus acetose sine zucca/ro ad cõsumptionẽ tertie partis coquatur & Soli exponatur fit similis rob de ribes Sirupus de portulaca inuentus ē ad sedandã sitim & refrigerandũ calorẽ cordis he/patis & estuosam iquietudinẽ. R. succi endiuie cotti & depurati l b. iiii. seminis portulace trici lib. i. ponantur in olla diem & noctem infusa & cum facilitate coquan/tur ad cõsumtionẽ medietatis & cum duabus lib. zuc. fiat rite sirupus.
Sirupus de acresta sedat nauseã & uomitũ & fluxum qui proueniunt ab acuitate & inflãmatione colere repellit malos humores/a/stomaco & peculiariter medetur pregnantibus que frequenter stomacantur & mitigat sitim R. acreste lib. xii. ponatur in uase uitreo et super prunas paulatim coquatur ad consumtionem tercie par/tis & coletur et quiescat quousq; dimittat residentiam qua ablata R. acreste pure li. vii. iuleb rosati lib. v. fiat sirupus ℭ Sirupns de mirto potenter stiticat fluxũq; uentris et uomitum apprime conpescit destilationes acutas & salsas que/a/capite in p̃/cordia descendunt obtundit sistit tussim remouet profluuiis mestuorũ medetur et urine frequẽter minte. qui enim non possunt continere urinam aut fluxum exco/riatiuum uel diariam patiuntur inueteratam hoc sirupo faciliter curant' Sume succi granorũ mirti lib. xii coquatur faciliter in uase uitreo positus super prunas ad cõ/sumtionem tertie partis coletur et permittatur facere residẽtiam qua demta R. succi depurati lib. vii. iuleb ros. lib. v fiat sirupus ℭ Mina citoniorũ ē ualde stitica fluxũ uentris et uomitum statim sedat gustum excitat et appetitum cibum digerit cõfor/tat stomacũ hepar & omnia uiscera egritudinibus debilitata corroborat R. succi citoniorum lib. x. paulatim coquatur in olla semper auferendo spumã usq; ad consumtionem medietatis coletur et tres horas quiescat et subtrahatur residẽtia R. succi clari lib. iiii. uini boni odoriferi tamtundem mellis spumati lib. v. coquantur si/mul semper auferendo spumam donec inspissetur & quidam loco mellis ponunt zuccarorum & est melius contra febres preterea quandoq; conditur cum speciebus alefaginis siue aromaticis eiusmodi. R. cinamomi cardamomi maioris q d ē granũ paradisi añ. ʒ. i. s. gariofilorũ. ʒ. i zinziberis masticis ligni aloes macis añ. ℈. ii. g. v. croci. ʒ. i. s. oĩa p̃ter crocũ terant' partiper et in pãno posite suspendant' in ipsa mina et fricent' sepe lepius quousq; coquat' mina et inspissetur postmodũ aroãtizet' cũ

gallie muscate ʒ.i.s. uel cum pauco musco ¶ Sirupus de menta parum calefacit sed multum confortat stomacum debilem & languidum caloremq; naturalem & digestiuam restaurat nauseam uomitum fluxum uentris & singultum sedat R. succi citoniorum dulcium & acrorum succi granatorum dulcium acrorum & mediocrium añ. lib.i.s. quibus infundatur mente sicce lib.i.s. rosarum un.ii.& dimittantur diem & noctem deinde coquantur paulatim quousq; redeat ad quatuor libras. R. huius colature lib.iiii. zuc. lib.ii. fiat sirupus. ¶ Sirupus de absinthio est cōpositus ad restituandum gustum confortat stomacum & hepar & remouet eorum dolores & uiscerū debilitatem & languorem amarus sane est sed ualde excitat appetitum. R. absinthii lib.i. rosa.ʒ.ii. spice.ʒ.iii. uini boni odoriferi succi citoniorum añ lib. ii.s. infundantur in uase lapideo diem & noctem poste a claro & lento igne coquantur ad cōsumtionem fere medietatis & cum mellis lib.ii. fiat sirupus.

Sirupus de fumoterre datur cōtra scabiē pruritum impetiginē digerit enim malos humores salsos adustos q faciunt scabiem & uulcerant cutim lenit uentrem confortat stomacum & iecur remouet opilationes & sanguinem infectū ad sinceritatem reducit. R. mirabolanorum citrinorum chebulorum añ.xx. florum borraginis uel buglosse uiolarū absinthii cuscute añ. ʒ.i. liquiritie rosarum añ. ʒ.s. epitimi polipodii añ. ʒ. vii. prunorum centum passularū lib.s. tamaridorum cassie nouiter tractate añ. ʒ.ii. aque lib.x. coquantur donec redierint ad lib.iii. R. huius colature lib. iii. succi fumiterre cotti deparati zuccari añ lib.iii. fiat sirupus. ¶ Sirupus de thymo potenter calefacit cura tussis & alias egritudines frigiditas digerit enim malos humores pectoris frigidos calefacit & confortat precordia. R. extremitatum thymi. ʒ ii. calamenti mente sicce sig. ʒ.v. anisi feniculi apii dauici añ.ʒ.s. passularum.ʒ.iiii.s. coquantur in sufficienti aqua & cum lib.ii. mellis fiat sirupus. ¶ Sirupus de calamento cōfert spleneticis & attenuat splen tumidū calefacit frigidos & senes digerit humores flegmaticos & melancolicos tenaces & uiscosos & curat tussis inueteratas & asma senū R. calamenti domestici & siluestris añ. ʒ.ii leuistici dauci squinanti añ. ʒ.v. passularū lib.s. coquantur in sufficienti aqua & cū libris duabus mellis fiat sirupus.

Sirupus spleneticorum ē efficatissimus cōtra febrem quartanam & egritudinē oēs melancolicas digerit enim melancoliā crassam durā adustā & malos humores mollit & resoluit poros potenter aperit splen tumidum discutit tristiciam timorem & insaniam melancolicā sedat. R. capil ven. radicū buglosse domestice & siluestris & earum flores polipodii epithimi añ. ʒ.i. folliculorū sene camepiteos sticados añ ʒ. vii. fumiterre. ʒ. vi. eupatorii ʒ.s. camedreos squinanti elebori nigri añ. ʒ.iii. succi pomorum dulciū.ʒ. viii. oīa preter epitgimū & succū pomorum bulliant in lib.iiii. aque ad consumtionē medietatis postea addatur epithimū & succus pomorum predictus zuc. lib.ii. fiat sirupus. ¶ Sirupus de epithimo datur cōtra scabiem difficilem inueteratā leprā cancrū & fistulas digerit materiā melācoliā sallā adustā & corrosiuā q infitie & uulcerat cutim & facit amplas crustas siccas aperit opilationes prouocat urinam & mollit aluū. R. epthimi.ʒ.ii.s. mirabolanorum citrinorum indorum emblicorum

bellirieorum thymi calamenti buglosse liquiritie polipodii agarici sticados añ. ʒ. ii. cuscute fumiterre añ. un. i. ʒ. ii. rosatū seminis feniculi anisi añ. un. ii. s. prunoꝝ xx. passularum un. iiii. tamarindorum. un. ii. s. coquantur in sex libris aque ad consumtionem medietatis et cum lib. iii zuccari et lib. ii rob. uini idest sape fiat sirupꝰ
Sirupus de eupatorio maxime aperit opilationes et pallentibus morbis peculiariter medetur sanat febres diuturnas et croceum corporis pallorem et tumorem discutit quam malam corporis habitudinem cecaseam uocāt ydropisimqꝫ et uentositates resoluit calefacit stomacum hepar intestina et eorum dolores mitigat R. radicum apii feniculi endiuie liquiritie squinanti cuscute absinthii rosarum añ. un. ii. capil. uene. spine albe florum buglosse anisi feniculi eupatorii añ. ʒ. v. reubarbari masticis añ ʒ. iii. spice assari macis añ. ʒ. ii. coquantur in libris aque viii. ad consūtionem tercie partis et cum quatuor libris zucari fiat sirupus et adde succi apii & succi endiuie quod sufficit Spina alba est arbustum quod facit multos ramos sed non crescit supra quinqꝫ pedes eius lignum declinat ad albedinem et habet spinas longas acutas & ualde pungitiuas sed folia presertim cimarum ingrediuntur in hunc sirupum que sunt tenera & sapiunt gustui.
Sirupus sticados exhibetur contra egritudines neruorum frigidas paralisim epilētiam spasmum mollificationem & obliquitatem oris ualde calefacit & confert senibus qui a catarris īfestātur R. folioꝝ sticados passularū añ. un. ii. serpilli calamenti origani añ. ʒ. v. anisi piretri añ. ʒ. iii. s. piperis longi. ʒ. i. s. zinziberis. ʒ. i. coquantur in sufficienti aqua ad cōsumtionem medietatis & cū lib. v. mellis fiat sirupus & aromatiz. cū cinamomi calami aromatici spice croci ziziberis pipis nigri & logni añ ʒ. i. s. ligatis in pāno lini raro suspēso ī medio sirupo & cū decoctione spice floꝝ roris marini uel saluie diluatur. ℂ Sirupus de artemisia medet̃ passionibꝰ matricis & retinet eam in proprio loco resoluit frigiditatem uentositatem & dolores corroborat neruos apit poros sanguinē corrigit mēstruis īperat & prouocat R. artemisie m̄. ii. calamēti saturegie origāi thymi tamarisci sticados añ m̄. i. floꝝ cāomille melliloti maiorāe floꝝ rorismarini añ. ʒ. i. purpure marine calami aromatici macis añ. ʒ. i. i. camedreos matricarie micris bectonice abrotani M. s. acori prassii folioꝝ maio. ū rubee sileris mōtani spice celtice añ. ʒ. s. assari squinanti anisi feniculi ameos apii añ ʒ. ii. fiat decottio in sufficienti aq̄ ad cōsumtionē medietatis & cum sufficienti melle fiat sirupus. ℂ Sirupus matricis plm̄ ualet contra uitia matricis repellit malos humores qui regurgitant ad stomacum sedat nauseam & uomitum calefacit stomacū aperit opilationes ꝓuocat menstrua resoluit sperma reprimit cupiditates ueneteas digerit malos hūores flegmaticos corrigit sangīnē & sedat dolores matricis. R. matricarie carpobalsanti calami aromatici ligni balsami silleris mōtani cassie lignee añ a. s. anisi feniculi craui pulegii origani calamēti rorismarini serpilli añ. m̄. i. seminis agnicasti cuscute añ. ʒ iii. ligni aloes doroīci cina. añ ʒ. ii redicū mādragore iusquiami añ. ʒ. i. coquāt ī sufficiēti aq̄ ad cōsūtionē medietatis & cū sufficiēti melle fiat siru.
ℂ Acetum squilliticū & oximel squilliticū partim pp displicentiam: partiꝫ pp pas

nam utilitatem que pōt prouenire raōe loci ubi nascitur squilla nr̄is temporibus fere aboleuit sed apud ueteres fuit celebrerimū & egritudinibus frigidis fere omnibus peculiariter medebantur epilentie uertigini gingiuis axis & corrosis dentibꝫ infirmis fetido & dificili anelitui raucedini tussibus aliisq́ꝫ uitiis pectoris pulmonis hepatis stomachi splenis & precipue lapse & debili uessice que non retinet urinam prefocationibus ceterisq́ꝫ uitiis matricis. Et acetum fit hoc modo. R. cortices seu laminas squille & cū stilo ligneo acuto sue eas in filo disiunctas & s c d es quadraginta siccent̄ in umbra postea cōminue eas cum incisorio ligneo in parua frustra & inqualibet libra huius squille micte aceti lib. viii. in uas uitreum parui orificii & cum cera obstructum totidem quadraginta diebus soli exponatur & coletur & reponatur quantitas aūt potiōis eius est/a/media uncia usq́ꝫ ad unam in mane ieiuno stomaco uel post cenam in egritudinibus capitis.

Oximel squilliticū ē melius ad oīa q̄ de eius aceto diximus. R. mellis spumati lib iii. acet. squillitici lib. ii. coquatur rite donec in spissetur & spumetur. Itidem acetū si in oximelle composito uel sirupo de qnq́ꝫ radicibus loco aceti cōis poneretur fieret oximel squilliticum compositum.

Succus herbe acetose ad spissitudinē coctus cor & stomacū cōfortat calorē remictit siti sedat/a/ peste liberat & uenēose eius putredini resistit uomitū & fluxū colericū cōstringit & fit hoc modo ut diutius cōseruet̄. R. succi herbe acetose lib. vi. coquatur lēto & claro igne ad cōsumtionē tertie partis colet̄ & abiiciat̄ residētia atq́ꝫ iterꝫ in uase uitreo leuiter coquat̄ donec inspisset̄ sic etiā fit & cōseruat̄ succus ribes & est consimilis uirtutis. Similiter coquit̄ mustū & fit sapa que est stitica & cōfortat stomacū & intestina. Cōsimiliter fit acresta cotta & succus de corneis qui est ualde constrictiuus et debet extrahi succus quādo incipiunt maturescere. Similiter possunt fieri ex piris persicis malis apiis deciis & reliqs pomis sicut de amariolis uel marascis cerasis qui est optimus & delectabilis sapor.

Concoctio communis temperata qua medicine solutiue dissoluuntur & sirupi diluuntur R. prunorum decem ordei liquiritie passularum anisi feniculi añ. ʒ s. florum buglosse boraginis añ ʒ. i. s. coquantur in libr. iii aque ad consumtionem tertie partis et conseruatur infra quindecim dies. Concoctio cōmunis parū frigidior predicta tempore estiuo utēda in dissoluendis medicinis & limfandis sirupis R. passularum liquiritie prunorum iuiubarꝫ enucreatarum uiol̄ ordei mundi quatuor seminū frigidorꝫ mundatorꝫ añ. ʒ. ii. coquant̄ in sufficienti aqua ut sup.

Concottio pectoralis cōis que est potus tussiētiū lenit & humectat pectus digerit materiam facilitat sputum & sedat tussim. R. caricarum pingium. ʒ. s. dattilorum iuiubarum añ. ʒ. ii. marubii isopi capilis ueneris passularum liquiritie rase uel contuse seminis apii feniculi ordeii añ. ʒ. ii. coquantur in lib. xii. aque ad consumtionē tertie partis & ꝑ febre flegmatica & egritudine frigida coquatur secum mellis. ʒ. ia & cum hac concottione diluant̄ sirupi & medicine. Concottio ex marubio efficacissima contra asma & tussim dilatat uias anelitus abstergit excrementa mocu

ſa & mirum ĩmodum facilitat anelitum.R.marubii uiridis camedreos añ. M.ſ.s.
coquantur in ſufficienti aqua ad conſumptionem tertie partis. R. huius colature
lib.i.ſucci marubii.℥.iii.mellis.℥.ii.ſticados triti.℥.s.coquãtur ſimul mediocriter
& da.℥.iiii.quotidie in aurora tepidas. Mellicratum eſt uinum cum melle uel zuc
caro & ſpetiebus aromaticis conditum quod uulgares chiarieram uocant eſt potꝰ
ualde delectabilis & ſuauis calefacit & confortat ſtomacum frigidum lapſũ hepar
& omnia inteſtina ſed noſtris tꝑibus ſepius ad uoluptatem q̃ ad utilitatem hyber
no natali potatur & plerumq; in baccanaliis crapulantium reperitur fetidũ anelitũ
corrigit & facit pulcrũ colorem.R.uini optimi lib.x.mellis ſpumati lib.ii.uel zuc.
lib.i.& lento &claro igne modicum coquatur poſtea deſuper proiice has ſpeties
mediocriter contuſas.R.cinnamomi ʒ ii.gariofilorum zinziberis ligni aloes ma/
cis añ ʒ.i.cardamomi ʒ.s.croci ſpice utriuſq;.℈.i.poſtea coletur cum panno denſo
& ſi libet aromatizetur cum modico muſco. Cap.z.de electuariis lambẽdis.

P Roſequemur de electuariis lambendis que partim digerunt & parti eua
cuant ex crementa q̃ cõgregantur in pectore. Diadragantum eſt pecu
liare remedium calide & ſicce tuſſis & pleureſis lenit aſperitatem lingue
gutturis & totius pectoris ſputum & anelitum facilitat diſcutit apoſtema pleureti/
cum mitigat febrem & reſtaurat ptiſicos & cõſumptos.R.dragãti albi drag.ii.gũ
mi arabici albi ℥.i.ʒ.ii amidi ʒ.s.liquiritie ſeminum melonis cucumeris citrulli cu
curbite añ.ʒ.ii.camfore ℈.s.penidiorum .℥.iii.confice cum zuc.et aqua uiolata et
fac confectionem in forma ſolita et lambatur. Diapapauer inducit ſomnũ & qe
tum ſoporem hiis qui propter inquietudinem calores febres uel dolores nõ poſ/
ſunt dormire ſiſtit acutos catarros qui minantur ptiſim tenues humores ingroſſat
tuſſim ſiccam ſedat et humectat pectus mitigat ſitim reficit extenuatos et acutas fe/
bres refrigerat et ſanat R.ſeminis papaueris albi penidiorum utriuſq; ℥.ii s.ſucci
liquiritie draganti gummi arabici amigdalarum dulcium muudatarum añ.℥.i.ʒ.ii
ſeminum melonis citrulli cucumeris cucurbite lactuce malue añ ℥.i.amidi ſeminũ
portulace citoniorum añ.ʒ.v.confice cum ſirupo uiolato et capiat paulatim lãbẽ/
do.Eucodium digerit et refrigerat materias acutas colericas mitigat dolores eſtus
inquietudines febres colericas eſtiuas pleureſis ſedat tuſſim ſiccam et ſitim & hu/
mectat thoracem et prouocat ſomnum R.papaueris albi ℥.iii.ʒ.i.amingdalarum
dulcium granorum pini gummi arabici draganti ſucci liquiritie añ.℥.i.ʒ.ii.amidi
ſeminis portulace ſeminis lactuce ſeminis citoniorum añ.ʒ.s.croci ʒ.i.penidioꝝ
℥.iiii.confice cum ſirupo de papauere et capiatur lambendo. Electuarium lãbẽ/
dum ex ſemine citoniorum confert ethicis et ptiſicis & conualeſcentes reſtaurat &
extenuatos mundificat thoracem & educit materias ſanioſas et alia excremẽta que
faciunt tuſſim lenit aſperitates pectoris & facilitat anelitum. R. ſeminum cito
niorum citrulli amidi draganti gummi arabici añ.ʒ.vi.papaueris albi ſpodii ſemi
nis lini torrefacti croci amigdalaꝝ dulciũ añ.ʒ.iii.granoꝝ naſturtii cottoꝝ amida
laꝝ amaraꝝ farine fabaꝝ añ.ʒ.i.s.penidioꝝ.ʒ.vi.& cum aqua fõtis fiat electuariũ

Diamidum lenit asperitates pectoris et mitigat eius dolores facilitat sputū et sanat pleuresim. R. farine amigdi succi liquiritie anā ʒ. ii. s. draganti cimini feniculi anā ʒ. ii. isopi sicce capillis ueneris daptilorum seminum cucurbite melonis citrulli cucumeris anā ʒ. i. seminis urtice ireos anā ℈ i. penidiorum ℥. v. confice cum sirupo uiol.
Electuarium sanum lambendum expertum est contra tussim frigidam et raucedinē uocis digerit et facile expuit flegma uiscosum et est efficacissimum contra tussim. R. iuiubarum sebesten anā. xxx. passularum caricarum daptilorum anā ℥. ii. fenugreci ʒ. v. capil. uen. m̄ i. cinnamomi isopi sicce liqritie anisi feniculi ireos ta amenti seminis lini anā ℥ s. coquantur simul in libris quatuor aque ad consumtionem medietatis R. predicte concoctiōis lib. ii penidiorum tantumdem pinnorum mundatorum ℥. v. amingdalarum dulcium mundatarum liqritie draganti gummi arabici amidi anā ʒ. iii ireos ʒ. ii coquantur ad spissitudinem et capiatur lambendo.
Diapenidion cōstructū est cōtra uitia pectoris & pulmonis humectat & abstergit anelitus facilitat sputum remouet tussim et raucedinem et confert ptisicis R. penidiorum zinziberis succi liquiritie draganti gummi arabici amidi seminum citrulli melonum cucumeris cucurbite anā ʒ. i. s. camfore ℈ vii confice cum hoc sirupo uiolato fac bullire ī una lib. aque tres uncias florū uiolarū quousq; aqua aliquātulū tingatur & coletur et colature addatur zuccari lib. i et iterū bulliat donec icipiat inspissari & tunc piiciatur in eum pina amigdale et semina cōmunia predicta semper cum spatula agitando deinde penidia in eo dissoluantur et addatur camfora et re. i qua secum misceantur & in mortario confi eantur. Diapinum expuere facit materias flegmaticas & uiscosas sanat tussim inueteratā & asma & contra hec est efficacissimuz & plm ualet. R. pinorum. ℥. iii. ʒ vi. amindalarum dulcium auellanarum assatarum draganti gummi arabici succi liquiritie amidi capil uen. ireos anā. ℥. s. daptilorum. ℥ iiii. s. amingdalarum amararum. ʒ. iii. butiri recentis zuccari albi mellis passularū anā. ℥. iiii. confice cum melle & capiatur lambedo. Mel passularum sic fit. R. passularum ℥. viii. aque lib. ii. coquantur ad consumtione fere aque hoc est ad consumtionem medietatis & postea fortiter exprimantur. R. huius expletionis librā. i. mellis spumati. lib. ii. & simul sufficienter coquantur.
¶ Electuarium ex amingdalis prodest hiis qui patiuntur tussim siccam nā leni humectat & abstergit thoracē exerementa extrahit & facilitat anelitū. R. amindalarū dulcium & amararū excorticatarum seminis lini torrefacti granorum pini anisi draganti gūmi arabici succi liquiritie & radicū eius anā. ʒ. i. s. zuc. penidiorum utriusq; ℥. s. succi apii feniculi utriusq; depurati. ℥. i. mellis spumati quod sufficit.
¶ Electuariū ex pulmone uulpis abstergit & cōsolidat uulcera pectoris & pulmonis & preferendum est aliis remediis inptisi. R. pulmonis uulpis preparati succi liquiritie capil uen. seminis feniculi anā. ℥. s. confice cum melle rosato uel sirupo mirtino. Pulmo uulpis sic preparatur scindit᷑ per uenas recens & lauatur cum uino calido & inuolutus absinthio ponat᷑ in olla in furno mediocriter calido & sic exiccatus extrahatur anteq̄ adduretur.

¶ Electuarium thoracis curat tussim flegmaticã lenit asperitatẽ pectoris abstergit eius excrementa dilatat anelitum & calefacit. R. dragãti triduo in aqua infusi. ℥. iii. isopi prassii serpilli calamenti cinnamomi añ. ℥. s. zinz. cimini succi liquiritie añ. ℥. i. s. cõfice cum melle sumato & da. ʒ. ii. in mane & in meridie & tantumdem in sero ante cenam.

¶ Electuarium est serpillo digerit abstergit & /e/ pectorĩ ducit materias flegmaticas saniosas & curat tussim & ptisim. R. serpilli isopi ireos añ. ℥. i. confice cum melle uel zuccaro rosato & da. ʒ. ii. ter in die cum aqua mellis.

¶ Electuarium ex semine lini optimũ cõtra tussim presertim puerorum nam lenit abstergit & sedat dolores pectoris. R. farine seminis lini. ℥. ii. cõfice cũ melle.

¶ Electuarium irinum facilitat sputum expuere facit humores uiscosos & saniem & sanat uulcera pulmonis. Sume irreos croci olibani mirre cinamomi granorũ pini gummi arabici terbentine añ. ℥. s. cassie fistule dattilorum añ. ʒ. iii. costi. ʒ. ii. spice. ʒ. i. galbani. ℈. ii. mellis ad spissitudinẽ cotti circiter lib. i. cui primũ addat terbẽtina seorsũ ad spissitudinẽ cotta postea galbanũ secũ bulliat demũ reliq̃ & fiat eltm.

¶ Electuarium ex squilla digerit & educit materias frigidas grossas & uiscosas sedat dolores pectoris et laterum et est efficacissimum contra perpetuas tusses et asmata senum. R. succi squille mellis spumati utriusq; lib. ii. et quantur ad spissitudinem. succus autem ex squilla sic extrahitur mundentur cepe squille cum cultello ligneo et circundentur pasta frumenti et coquantur in furno donec sit cocta illa pasta qua demta cepe in mortario lapideo calido cum pistello ligneo calido contundantur et cum panno lini suttili fortiter exprimatur et succus extrahatur. Electuariũ de squilla compositum ualet contra tussim inueteratam et asma dificile attenuat enim crassos humores uiscosos quos expuit et facilitat anelitum, sed est amarum et gustui displicibile sicut proximum suprascriptum. R. succi squille ut supra cotte ℥. s. ireos. ʒ. ii. isopi prassii añ. ʒ. i. mire croci añ. ʒ. s. confice cum melle & paulatim lambatur.

¶ Diamoron est optimum & peculiare remedium squinantie & tumoribus intrinsecis gule uuas prolaxas subleuat: maxime sistit catarros abstergit flegma uiscosũ & excrementa educit que obstruunt guttur & prefocant & resoluit squinantiã. R. succi mororum rubi lib. i. succi mororũ celsi lib. s. mellis lib. s. sape. ℥. iii. coquantur simul ad spissitudinem sirupi & ad usum conseruetur fiunt enim cum eo gargalismata dissoluto cum concotionibus balaustiarũ rosarum ordei & similibus. Mora autem sint mediocriter matura.

¶ Succus uiridium corticum nucum cum subduplo mellis ad spissitudinem cottꝰ sistit distillationes acutas calidas que impediunt anelitum et prefocant et resoluit squinantiam et pleuresim gargalizatum cum decoctionibus appropriatis unde si opus fuerit mulieribꝰ uel pueris et qui habent humidam cõplexionem dissoluatᷣ pdictus succus cum aqua cocta tepida et fiant gargalismata Sed reliquis uiris si egritudo fuerit in principio dissoluatur cum decoctione rosarum balaustiarũ uel o

libani & si fuerit in statu addatur modicum croci & mirre at indeclinatione salis ni tri uel aliquid salis armoniaci ponatur & fiant gargalismata que erũt optima ad ea que diximus fit autem huiusmodi succus & extrahitur ex corticibus nucum in mẽ se Iulio.

Cap.tertiũ de pillulis.

P Illule alefagine sunt debilis & tarde solutiõis sed maximi iuuamenti oĩo aliqua ex parte soluunt humores crassos flegmaticos putridos & prohi bent augumentum eorum mundificant stomacum caput & organa sen suũ eademq; confortant & digestiuam augent q̃ salubres sunt & qui eis utunt̃ sa/ nitatem conseruant & amissam recuperant. R. absinthii succi rosarum añ.ʒ.v. cina momi cubebe ligni aloes calãmi aromatici macis nucis muscate cardamomi gario/ filorum assari masticis squinanti spice carpobalsami añ.ʒ.i. contundantur aliquali ter et infundantur in lib.xii. aque & coquantur ad consumtionem duarum tercia/ rum deinde manibus fricentur et exprimantur postea sume aloes succitrini lib.i.et lauetur sepius aqua pluuiali & dimittatur exsiccari postea super ipsum infundant̃ predicte colature circiter lib.ii.et terantur in sole et addatur mirre masticis añ.ʒ.v. croci ʒ.iii. Rursum fundetur super ea residuum expressionis predicte et continue terantur donec exciccentur et fiant pil.de quibus capiatur.ʒ.i.

Pillule yere simplicis purgant stomacum caput hepar renes matricem iunturas re/ soluunt malos humores flegmaticos et remouent eorum egritudines nam incidũt attenuant et abstergunt uiscosos humores calefaciunt et exciccant aperiunt poros reddunt spiritus sinceros acuunt sensus et sunt saluberiime R. cinamomi masticis assari spice carpobalsami croci ligni aloes cassie lignee añ.ʒ.ii.ʒ.iiii. fiant pillulle cũ melle rosato uel aqua bdelli aut aqua draganti et dant̃ in quantitate. ʒ.i.uel ʒ.i.s. hora eundi dormitum uel in matutinis ex iisdem quoq; speciebus yere componit̃ electuariũ cũ melle quod mittitur in clisteriis quia per os est amarũ & displicibile

Pillulle de yera composite purgant et confortant stomacũ caput et organa sẽsuum et fortius educunt humores flegmaticos/a/menbris remotis R. aloes hepatici ʒ.i. ʒ.v. cinnamomi spice costi squinanti ligni balsami cassie lignee masticis assari rosa rum aPsinthii agarici colliquintide turbit bdelii añ.ʒ.i. fiant pil̃ cũ sirupo destica/ dos & da.ʒ.i.quando itur dormitum.

Pillule assageret sunt optime ad stomacũ & caput purgant enim & confortant mẽ/ bra nobilia & prohibent ascensum malorum humorum & peculiariter medentur catarris & egritudinibus capitis senum. R. cinamomi assari spice carpoballami cro ci ligni aloes cassie lignee añ.ʒ.i. masticis.ʒ.v. mirabolanorum citrinorum. ʒ.s.alo es epatici.ʒ.ii. fiant pil̃.cum sirupo desticados sed quia sunt debilis solutionis hiis & aliis addat̃ duodecima pars diagridii & sumat̃. ʒ.i.qñ itur dormitum.

Pillule salubres preseruant hoĩes ab oĩ egritudine & purgãt oẽs malos humores & maxime flegmaticos cõfortant stomacũ cerebrum & reliqua membra principalia

R. cinamomi spice croci squanti costi assari cassie lignee ligni aloes carpobalsami absinthii epitimi sticados rosaꝝ reubabari turbit masticis trociscoꝝ colloquintide añ. d. i. diagridii. d. iii. aloes ℥. i. s. fiant pillule cum uino optimo & sumatur. d. i.
Pillule ex absinthio parum aut nichil soluunt sed ualde confortant stomacum et i uente sũt ad excitandũ gustum & reducendum appetitũ. R. absinthii ʒ. s. cinamomi macis gariofilorum galagne nucis muscate zinziberis cardamomi anisi ligni aloes coralloꝝ rubeoꝝ rosarum reubarbari añ d. i. spice ʒ. s. aloes ℥. ii. fac massa cũ uino et da ʒ. i. per duas horas ante prandium et tantumdem ante cenam
Pil' communes sunt saluberrime cõtra pestẽ conseruant enim bonos humores & sanitatem & resistũt putredini & humores corruptos expellũt sed sũt debilis & facilis solutionis nã purgant sine molestia & lesione. R. mirre croci añ. ʒ. i. aloes ʒ. ii. alii addũt in masticis. ʒ. i. ad confortationẽ stomaci & tamtũdẽ boli armeni & in simili ꝓportiõe dupla addũt aloe qui si lauetur cũ aqua endiuie magis cõfortat & minus soluit & fiant pil' scdm magnitudinem ciceris cũ uino & da. ʒ. i.
Pil' turbitine leuiter soluũt flegma/a/capite & stomaco & qui eis utitur preseruatur a/morbis flegmaticis. R. turbit. ℥. i. ʒ. ii. zinz. rosaꝝ añ. ʒ. iii. masticis. ℥. s. alo. ℥. ii. s. fiant pil' cũ succo absinthii & da. ʒ. i. circa mediam noctem.
Pillule masticine preseruant stomacũ ab oĩ egritudine leuiter purgãt & maxime cõfortant & nõ permictunt humores corrũpi & qui eis utuntur preseruãt a doloribꝰ stomaci capitis uentris & matricis cõferũt tristibus & malancolicis & uitia matricis corrigũt. R. alo. ℥ i. ʒ. ii. mastis ℥. s agarici. ʒ. iii. fiãt pil' cũ uino cotto qd dicit' sapa
Pillule stomatice purgant colerã flegma & melancoliã/a/stomaco capite hepate & organis sensuũ & iuncturis preseruant bonos humores a corruptione & resistũt catarris. R. pil' yere simplicis. ℥. i. mirabolanorum citrinoꝝ chebuloꝝ indoꝝ absintii diagridii añ. ʒ. iii. zinz. epitimi anisi añ. ʒ. ii. s. agarici salis indi añ ʒ. ii. turbit. ℥. i. ʒ. ii. fac pil' cum succo scariole.
Pillule agregatiue q̃ pluribus malis medentur nam purgant omnes malos humores colericos flegmaticos & melancolicos & sanant eorum egritudines & febres lõgas periodicas & clarificant sanguinem spiritũ & sensus. R. mirabolanoꝝ citrinoꝝ reubarbari añ. ʒ. s. succi eupatorii succi absintii añ. ʒ. iii. mirabolanoꝝ chebulorum indoꝝ agarici colloquitide polipodii añ. ʒ. ii. masticis ros. salis gẽme epithymi anisi zinz. añ ʒ i. aloes turbit diagridii añ. ʒ. vi. fac pil' cũ electuario succi ros. & da. ʒ i.
Pillule imperiales modicum soluunt et plurimum confortant stomacum & oia intestina frigida muniunt uirtutes naturarales remouet frigiditatem clarificãt sanguinem & spũm. R. cinamomi amomi anisi masticis zinzi. cardamomi ros. redoarie macis nucis muscate gariofilorum croci cubebe ligni aloes turbit mãne agarici sene spice mirabolanoꝝ citrinoꝝ chebulorũ induorũ belliricorum emblicoꝝ añ. ʒ. i. reubarbari. ℥. i. aloes. ℥ ii. fac massam teretem cũ sirupo uiol. & da ʒ. i. ad libitũ in pil.
Pillule ex spica sunt salubres & efficaces contra opilatiões & eaꝝ morbos nam apiunt opilationes splenis hepatis & stomaci & sanãt febres cronicas ictericiã & ydro-

pisim sed parum soluũt nisi addatur diagridium.℞.spice nardi.ʒ.v.reubarbari agarici epithimi añ.℥.s.costi masticis camedreos amomi añ.ʒ.iii.spice celtice croci añ.ʒ.ii.mirre cinamomi gariofilorum squinanti añ.ʒ.i.aloes.℥.i.ʒ.ii.fac pil'.cum uino ¶Pil'.eupatorii sunt debilis solutionis sed remouẽt opilationes & earum morbos ictericiã febres longas periodicas & dolores capitis.℞.mirabolanorũ citrinorũ succi eupatorii succi absinthii reubarbari añ.ʒ.iii.masticis añ.ʒ.i.croci.ʒ.s.aloes.ʒ.v.cõfice massam teretem pro pil'.cum succo endiuie. Pil'.aperitiue remouent opilationes hepatis splenis & purgant malos humores uiscosos & duros & sanãt febres inueteratas ittericiam & ydropisim.℞.armoniaci serapini bdelii turbit mirabolanorũ citrinorum añ.ʒ.v.reubarbari lacce añ.℥.s.aloes.ʒ.iii.gũmi arabici oppoponaci mezereon añ.ʒ.ii.masticis.ʒ.i.spice.℈.s.dissolue gũmi cum uino & fac pillulas.
¶Pil'.ex reubarbaro expellunt malos humores simplices mixtos uiscosos & corruptos remouent opilationes febres cronicas morbos hepaticos & cauent ydropisim.℞.yere simplicis.℥.i.ʒ.ii.trociscorum diarodon.℥.s.reubarbari.ʒ.iii.mirabolanorum citrinorũ.ʒ.ii.s.succi absinthii succi liquiritie masticis añ.ʒ.i.seminis apii feniculi añ.ʒ.s.fac pil'.cum aqua feniculi. Pil'.ex lacca soluunt malos humores diuersarum spẽrum mixtos aperiunt poros curant morbos opilationũ febres longas dolores hepatis & ydropisim.℞.yere pigre.ʒ.iii.lacce ablute absinthii & succi eius succi eupatorii aloes mirabolanorũ citrinorũ reubarbari masticis croci anisi asari cassie fistule seminis fumiterre añ.ʒ.ii.confice cum succo solatri & da.ʒ.i.s.si uero tussis cõiungatur febri adde succi liquiritie.℥.s. Pil'.diarodõ digerunt & euacuant malos humores flegmaticos stomaci & intestinorũ aperiũt opilationes sanãt flegmaticas febres sed potissimũ confortãt stomacũ excitant gustum & faciũt bonum oris adorem.℞.trociscorũ diarodon absinthii añ.ʒ.v.squinanti masticis añ.ʒ.ii.salis indi.ʒ.i.aloes.℥.ii.fiant pil'.cum succo mente Pil'.cochie attrahũt a capite & soluũt materiã frigidam flegmaticam que nocet neruis cerebro & sensibus & sunt perutiles & ꝓficue egritudinibus oĩbus capitis frigidis & maxime catarris.℞.specierũ yere simplicis.℥.i.ʒ.ii.turbit sticados añ.ʒ.v.trociscorũ colloquintide.℥.s.diagridii.ʒ.iii fac.pil'.cum succo absinthii uel sirupo de sticados. Pil'.senũ familiares maximo presidio sunt senibus & qui a catarris infestantur / purgãt oẽs malos humores acuũt & cõfortant uisuꝫ auditũ & reliquos sensus mundificãt cerebrũ & neruos & senes incolumes reddunt.℞.aloes loti.℥.i.ʒ.v.diagridii.ʒ.vi.s mirabolanorum citrinorum chebulorum indorum belliricorum emblicorum reubarbari masticis absinthii rose uiol'sene agarici cuscute añ.ʒ.i.fac massam pil'.cum succo feniculi. Pil.auree caput & stomacum optime purgant ab humoribus colericis & morbos colericos sanant preter febres & resoluũt uentositatẽ.℞.aloes diagridii añ.ʒ.v.ros.seminis apii añ.ʒ.ii.s.anisi feniculi masticis añ.ʒ.i.s.croci trociscorum colloquintide añ.ʒ.i.fac massam pil.cum infusione draganti: Pil.arabice purgant omnes malos humores & sanant morbos inueteratos dolores capitis emigraneam uertiginem confortant stomacum splenem cerebrum neruos ingenium uisum au/

ditum & reliquos sensus acuũt auferunt melancoliam tristitiam & reducunt ilaritatem. R. brionie mirabolanorũ citrinorum belliricorũ indorum chebulorũ emblicorum assari masticis rosarũ diagridii añ.on.i.castorei.ʒ.iii.croci.ʒ.i.aloes.on.iiii. fac massam pil.cum succo feniculi. Pil.lucis sunt optime ad egritudines oculorum purgant malos humores & caligantes oculos sanant resoluũt uapores offuscantes uisum acuũt & coroborant spiritum & uirtutem uisiuam & conseruant sanitatem oculorum. R. eufragie.ʒ.vi.agarici sene añ.ʒ.v.mirabolanorũ citrinorum chebulorꝝ indorꝝ belliricorꝝ emblicorꝝ reubarbari añ. on.s. rosarũ uiolarum trociscorum colloquintide turbit cubebe calami aromatici nucis muscate spice epitimi carpobalsami xilobalsami sileris montani seminis rute squinãti assari masticis gariof. cinamomi anisi feniculi apii cassie lignee croci masticis añ.ʒ.ii.aloes.on.xi.fac massam pil.cum aqua feniculi & da.ʒ.i.cum duodecima parte diagridiii

